

Armandus  
de  
Bella Vigi.


comprehensum  
difficilium  
terminorum  
Theologia  
Philosophia  
Perlatatio

Primo  
atque  
gice &  
ratiu.



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA

CRÉDITOS USABLES



UNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA  
GREDOS USALES

Nº 75

u. el libro  
2-12-5-23

I  
00075

Nº 75

2-12-5-23

Amisenoz myn seco vecino q soy de  
La villa de Sagund y porque es  
sacel lo fue me de mi nombre

Armandus de declarat me  
difficiliuz terminozum  
Theologie Philos  
sophie atqz  
Logice

num. 36. Cap. 2. num. 27.

W. W. V. A. J. O. U. S. L. I. D. V. I. U. M. M. I.

Alto  
quimer

La villa de Sagund por mandado

S. A. D. J. V. A. S. V. U. S. V. I. D. E. N. T. A. Y. Q. U. I. T. O.

W. W. S. L. I. D. V. I. U. M. M. I.

Es de la Comp de S. S.  
y de la t. r. i. a. d. e. l. a. t. a. l. a.

del collegio de la comp<sup>a</sup> de Jesus de Salam<sup>a</sup>  
de la libreria

Proemium

Folii II

Incipit Epistola proemialis in Tractatus de Declaratione difficultatum dictorum et dictionum in Theologia.

R. R.  
R.

Reuerendissimo in christo patri ac dño suo specialissimo dño Johāni diuina ordinatione epō Burinēsi Frater armādus de bello visu in ordine p̄dicatoꝝ. Deo vestreque reuerentie ac primorū aliorū utilitati cupiens affectū et effectū illius impendere charita-

tis que tarda molimina nescit. Cū humili recōmendatōe deum deorum in syon facie ad faciem itueri. In agro dominico diuinarū scripturarū: quibus sit messis plurima iuxta tamen saluatoris eloquium: operarij sunt non multi. Fructus enim duodecim ligni vite reuelantur paruulis et illis sapientibus absconduntur: qui terrena sapientes in suis cogitationibus euanescent: qui se dicentes sapientes stulti sunt: possidentes eam sapientiam que est stulticia apud deum. Non enim gustant quam suauis est dominus: non inebriantur ab uibertate domus dei: nec de petra melle faciat: terram lacte et melle manantem deserunt: pro egyptiaca sapientia: quam lacteus moyses refutauit diuine legis et lucis erimius speculator. In terra ergo hanc uiuentium ubi bona videntur domini: et optima possidentur: uestram paternam diligentiam conspexerunt: tanto diligentius ad salutis manipulos colligendos uirtuosis ardoribus inbiantem: quāto humilitatis studijs et studiosis affectibus non spernitis de saxo durissimo oleum dulcedinis expetere: de spinis rosam colligere: ad silicem frequentatis uicibus percutere: ut aque saliant sapientie salutaris: unde possit bibere p̄p̄s et iumenta. Ego

24

24 24



## Proemium

ergo ai aduertens ad sacrarū eloq̄a scripturarū: vestrum aliorūq̄ multoz dñoz meoz: ū viroz venerabiliū: scholas sacri palatij frequētantiū: affectū auidū ⁊ auide studiosū q̄bus baccalariatus obseq̄o min⁹ sufficiēs: vtiq̄ lignea facula ⁊ fumosa: iter mūdi luminaria: iuxta solares lunares sidereozq̄ radios sum iussus als a maiorib⁹ ⁊ minoribus fumū aliquē emittere: aut noctilucā claritatē victus tanta charitate: tātis cōstrictus ipensis: honorib⁹ tantis bñficijs alligatus: velut dilectōis ⁊ obligatōis hincinde stimulus calcantib⁹ pedē figere: vtiq̄ pulsatus plectro musico nō sicut psaltes decoris cantamina sed sicut decacordum muta dare sonamina coact⁹ sum victrice trahente vndiq̄ charitate. Lupiēs itaq̄ ad nouiciū vtilitatē in sacris eloq̄is audiēdis q̄uis in alijs puecti sunt facultatib⁹ periti: ⁊ habitū induere p̄fessorū in q̄b⁹ reuerēt ⁊ regunt: p̄fuerūt ⁊ p̄sunt doctores eximij. Magistri p̄cipui et ardui p̄fessores: info: matores lucidi: rectores instructozesq̄ p̄clari: ad eoz introductionē facillē tractatū edidi sup̄ declarationē dictoz ⁊ dictionū vt cōiter magis ignotoz: his q̄ in alijs facultatib⁹ sunt imbuti: q̄ in vsu theologoz ⁊ in alijs locutiōib⁹ sunt sepius in occurso: ⁊ nō solū theologis s̄ philosophis et theologie famulātib⁹ que iuxta doctrinā bñssimū Augu. a philosophis gētū velut ab iniustis possessibus in obsequiū diuini eloq̄ij p̄trahunt. Sicuti ⁊ filij israel ab egyptijs aurū sapiētie ⁊ argentū eloq̄uētie ⁊ p̄ciosa queq̄ i suo exitu spoliātes: ad ministeriū sacrificij solitudinis rapuerūt. Ignorātia q̄ppe hoz sicut ⁊ in ceteris scientijs iuxta Arist. sniam: in suis palogisant elencis facile audiētes. In hoc itaq̄ opusculo seu tractatu ministeriū ex habeo quasi canales fontū. Laban que adaquandis gregib⁹ potū aque mystice tribuebāt. Defect⁹ ab hoīe p̄fectus a deo: q̄ insufficientiā nostrā supplet. Non igitur ad melloz bñoz doctorū ⁊ dictoz sublimiū: cardines ce

## Proemium

## So. III

li pambulantū: falcem vel segetē: iualidā manū mitto: s̄ cū ruth post terga metētū spicas colligo euadētes. Offero ad opus tabernaculi nō aurū: nō argentū: non hyacinthū: nō purpurā bñsumq̄ retortā: sed pylos capraruz: aut pelles arictū: vti nā rubricatas: gēnus p̄ciosis in munera doctoz meoz excellētū reseruatis: ⁊ duo era minuta cuz paupcula in gazophiliū templi pono: cū magna munera nō p̄tineat mei imbecillitas intellect⁹. Solū igit vīam p̄are: ostiū ap̄ire: enudare intelligentiā: de abscondito speluncarū: de doctoz penetralib⁹: de catharactarū vocibus p̄intendēs: vt abyssus abyssum iuocet. Pedes dirigo ad altitudinē diuitiarū sapientie ⁊ scie dei. quas ap̄ls inuestigabiles apud romanos ⁊ incōprehensibiles admirat. Exardescēs ergo vt mors fortis dilectio vehemēter exoptat: vt p̄ hoc diuinū eloquiū in scripturaruz agro fertili: vbi Jonate sagittas vltra se David itellerit ⁊ pueritia nō agnoscit: accedētibus spina pungēs nō appeat spica plena. In hoc agro Joab in quo Absalon cauma ponit: non septē spice tradant p̄cuisse vredine q̄ formose pullulāt culmo vno: nec vna botr⁹ cypri p̄tinēs suspicet labrusca: nec dulce credat amarū: ⁊ lucidum tenebrosū. Veniāt ergo oro p̄secutores studiosi: studētes deuoti: attēti. Quisq̄ cū xp̄i discipulis famescētib⁹ de spicarū cellulis grana reficientia nō eduxit. Quis labores manū suarū bños nō habuit: q̄ manū suā misit ad fortia: ⁊ iuxta p̄missum dauidicū illud nō habuit. Intellectū tibi dabo ⁊ instruas te in via hac. Quis introduct⁹ in cellā vinariā p̄ regem in cubiculum genitricis: vinū nō degustauit cōditū non bibit de inebrianti calice q̄ a psalmista describit tam p̄clarus. Filij iacob egyptū exeunt: saccis plenis pecunia ⁊ frumento quinimo saccus Benyanū augurij cyphum argenteum continebat. Nūquid egyptijs palpātibus tenebras apud filios israel lux lucebat. Facebant mortua egyptiorū p̄-



## Proemium

mogenita. et israel suos disponebat ingressus: Ingressus  
vitiq; dei mei regis qui est in sancto. Subuertebat domus  
nus apud egyptios rotas curruū: ferebaturq; in profundū  
sed ambulabat per siccū filij israel in medio rubri maris.  
Non est ergo fames apud horrea pharaonis frumēto cō  
dito ad salutem. Quinimo sunt plena promptuaria cru  
ctātia ex hoc in illud. Ergo reuerēdissime domie nō sine  
labore ppter lectionū et alioꝝ occurrētium occupationem  
cōtinuam aliquid ordinavi: vt ad scripturā sacram veniē  
tibus patētior sit accessus: vt thesaurus reperiā in agro  
abscondit<sup>9</sup> quem regnū celoz rex celestis appellabat: vt  
dragma perdita requirētib<sup>9</sup> sit occurrēs. vt margaritā  
qui requirit inueniat preciosam: et sic impleto eloquio do  
minico. querēs inueniat: petēs accipiat: et pulsans valeat  
introuere. Sane in hoc tractatu in proprijs viribus velut  
in arūdinco baculo nō confidēs: vestigijs doctoꝝ inherere  
melioꝝ. et precipue doctoris cōmunis reuerēdissimi et pre  
clarissimi sancti Thome. Cuius scriptura sal conditēs est  
doctrinā aliam qualēcūq;. Hanc qui sequit<sup>r</sup> non ambulat  
in tenebris: nō deuiat. a sana doctrina non errat. vitat la  
queos pfundit deuios. instruit dubios. et in Philosophie  
et Theologie splēdoribus: veritates irrefragabiles elucis  
dans animota cōcussione fallaci. stabilē ceteris transeun  
tibus pedē figit. Hūc ergo tractatum in tres partes pns  
cipales iudicavi ad vtilitatem studentium diuidendum.  
Prima pars continet sex preuia preambula breuia que  
sunt fundamēta introductoria ad sequentia declaranda.  
Secundo subsequuntur declarationes dictoꝝ et dictionū  
vocabuloꝝ cōmunū que ex Phisicis seu theologicis di  
uina eloquia tractātibus sepius sunt ad manū. Et quia  
horum ponit declaratio: vt possim<sup>9</sup> aliquā refulgentiam  
splendoris conspiciere illius qui habitat in altissimis: luz  
tem inaccessibilem. Non quidē vt aquilari et nudo intuis

## Proemium

So. III

tu sicut sol conspiciatur in rota. sed vt p speculum in eni  
gmate: iuxta sententiā apostolicam p visibilia ad eius in  
uisibilia cōsurgamus. Idcirco pars tertia in quodā gene  
rali determinat que et quō nomina deo et diuinis conueni  
ant. In quo qz est alpha et o: principiū et finis. finē operis  
posui et mercedem. Ultimo aut vt sit facilis quesitorū in  
uentio cunctoꝝ capituloꝝ tituli extrinsecus ab operis  
substantia vt theologoꝝ moris est debito ordine describū  
tur. Verum quia iuxta eloquiū beati Gregoꝝ sacra scri  
ptura alti et plani fluuij tenet typum. In quo et agnus pe  
ditet et elephas natet. quedā sunt hoc modo ptractanda  
que ratione sue altitudinis sic transcendunt: vt patet in  
principio vbi de transcēdentibus ē tractatus: q nō pote  
runt sic sicut subsequētia familiariter declarari. Vestra  
ergo preclarissima et reuerenda paternitas ex illustri pro  
sapia oriūda: alta sapiētia: preclara sciētia: prudentia cir  
cūspecta: virtutū oniniū arcem tenēs: hunc tractatū susci  
piat: et si videatur pandat volētibus legere in eodē. quem  
nō discēdum sed corrigendū offero tanto patri. Ultra q  
pposueram hāc proemialē epistolā ptelauit: sed chari  
tas que non nouit terminū: hanc extēdit. qua parat<sup>9</sup> sum  
vestris placitis siue alioꝝ dñoz in palatio audiētū semp  
in his et alijs grata promptitudine famulari.

Explicit proemialis epistola in  
tractatus omniū dicendoꝝ.

a iij



# Tractatus I

Incipit tractatus primus de Preambulis: in quibus radicaliter continentur inferius tractanda.

## Prologus.

Ergo circa dicenda ordinatius procedat: ad primum principale huius tractatus accedendum est. Hoc autem est promittere quosdam suppositiones siue quosdam prima preambula: que sunt sex: in quibus radicaliter continentur omnia que inferius sunt dicenda: et habent consequenter per ordinem ut patebit.

Quid sit complexus et incomplexus: et quomodo se habet ad operationem intellectus. Capitulum I.

Primum preambulum est de complexo et incompleto quid sit: et quomodo se habet ad operationem intellectus: et quomodo illis nominibus importatur.

Ubi sciendum est quod secundum Aristotem in libro Priorum. Eorum que dicuntur: quosdam dicuntur sine complexione: ut cum aliquis orationis sola dicitur vel due sine verbo complectente: ut cum dico Sortes solus: vel currit solus: vel cum dico sic: Petrus Bernardus et sic de alijs: que singulariter et precise accepta: sunt partes orationis: et non oratio. Quosdam dicuntur cum complexione ut cum sit oratio ex nomine et verbo ut Sortes currit vel similis. Que dicuntur sine complexione vocantur termini et incompleta. Que autem cum complexione dicuntur: vocantur orationes propositiones: enunciationes et complexa. Et tam complexis quam incomplexis respondet conceptio intellectus: quia incomplexis respondet conceptio intellectus que est secundum primam operationem intellectus: scilicet simplicium intelligentia. Complexis vero respondet conceptio intellectus secundum secundam operationem que est simplicium apprehensio: compositio vel diuisio: ut fiat compositio per affirmationem in propositione

# De Preambulis

diuisio autem per negationem: et hec patent. in de anima. Quod omnium complexorum et incomplexorum conceptiones reducuntur et resoluntur in conceptionem entis quod est primum intelligibile. Capitulum II.

Secundum preambulum est: quod sicut in conceptionibus intellectus complexis scilicet propositionibus et enunciationibus: oportet fieri reductionem in aliqua complexa que sunt principia per se intellectui nota: in que omnia alia resoluntur: ut. i. posteriorum dicitur: aliter periret scientia et esset processus in infinitum. Ita in conceptionibus incomplexis terminorum inuestigando quod unumquodque est: oportet fieri reductionem ad aliquod incomplexum. quod primo intellectus concipit: et ad quod omnes conceptiones aliorum simpliciter dictorum terminorum finaliter resoluntur. Primum autem principium demonstrabilem et enunciabilem ad quod omnia alia resoluntur: fundat super esse et est de quolibet esse vel non esse. Ergo modo communi terminus incomplexus ad cuius conceptionem omnes conceptiones incomplexorum resoluntur: est ens quod ab actu esse sumitur. Cum autem conceptus complexorum resoluantur in conceptum incomplexorum: necesse est quod omnes conceptiones tam complexorum quam incomplexorum resoluantur finaliter in conceptionem entis: et ita dicit Avicenna in principio sue metaphysice.

Quomodo diuiditur ens: in ens reale et ens rationis in substantiis et accidentibus: in ens secundum se in ens secundum accidentem: et quod sit unumquodque istorum. Capitulum III.

Tertium preambulum est quod ens ad quod omnes conceptiones anime resoluntur diuiditur tripliciter. Nam omne ens vel est rationis tantum quod est solum in anima et ab anima quod de se nihil est circumscriptio omni actu intellectus: et hoc ens nihil dicitur positivie et subiective in anima sed obiective solum ut nunc

quod dicitur  
entis in  
nihil dicitur  
ad  
alema in  
uale



# Tractatus I

suppono. Vel est ens reale: et hoc est quod non est ab anima sed potest esse in anima et extra animam: nec dependet ab operatione intellectus precise: quia est ens reale quod habet esse in rerum natura: circumscripito omni actu intellectus. Et istud ens dividitur in ens quod est ens habens esse per se et hoc est substantia: et in ens quod habet esse non per se subsistens sed in alio: hoc est accidens: quod dividitur in novem predicamenta accidentium. Alio modo dividitur ens in ens quod dicitur per se: ut homo est animal et in ens quod dicitur secundum accidens: ut homo est albus. Nec est eadem ista divisio cum prima: quia prima divisio entis in substantiam et accidens attendit secundum quod aliquid ens in sua natura est subavel accidens. Hec autem secunda divisio entis in se et secundum quod accidens est attendit secundum quod aliquid predicatur per se vel per accidens de aliquo. Unde ista divisio habet totum: homo est animal: est ens per se. et hoc totum: homo est albus est ens secundum accidens. Iste autem tres divisiones entis ponuntur. i. metha. a. phi. cap. de ente. ¶ Ad primum ergo genus vel modum entis pertinet omnes scientie intentiones ut generis species et nomina que designantur nominibus scientie impositionis apud grammaticos: et scientie intentionis apud logicos: et de talibus propria est logica. ¶ Ad secundum autem modum entis pertinet omnes res que significantur nominibus prime impositionis: et in logica vocantur prime intentiones: et de omnibus talibus entibus sunt omnes scientie reales ut de motu philosophica etc. Quatum autem ad tertiam divisionem de entibus per se dictis sunt scientie reales. Entia autem per accidens illo modo non pertinet ad scientiam nec arte: ut patet. vi. metaphi.

¶ Quo omnes conceptiones omnium entium que resolvuntur in conceptionem entis: addunt aliquid supra ens non tamen ab ente diversum sed solum spatialem modum essendi. Caplm. III.

¶ Quartum preambulum quod quia omnes conceptiones simplicium et incomplexorum resolvuntur in ens secundum Avicennam in principio sue metaphi. opz quod omnes alie conceptiones intellectus accipiantur ex ad-

# De preambulis Fo. VI

ditione ad ens. Enti autem non potest aliquid addi: quasi existens extraneum a natura eius per modum quo differentia additur generi vel accidens subiecto: quia quilibet res essentialiter est ens: unde philosophus. ii. metaphi. probat quod ens non potest esse genus: sed pro tanto dicitur aliqua addi supra ens: inquam exprimit aliquem modum ipsius entis in eendo: que non exprimitur explicitate notie entis absolute considerati. hoc autem pertinet dupliciter. Uno modo ut modus expressus sit modus consequens generaliter omni ens et significet nominibus prime impositionis et conveniat omnibus generibus entium et singulorum generibus ac singulis generibus: et talis modus eendi exprimitur quod quod nominibus transcendentium. s. vno: bono: re: aliqd: vero: que de omnibus decem generibus dicuntur: et de singulis generibus et de generibus singulorum sicut et ens. Alio modo ut modus expressus sit aliquid modus spatialis entis. Sunt enim diversi gradus entitatis secundum quos accipiuntur diversi modi eendi. Et hic modus distinguitur: quia est quidam modus eendi solum in anima et secundum animam: et hunc modum essendi habent entia rationis: et hic modus essendi non distinguitur: et talia entia importantur nominibus secunde impositionis ut nomine generis et speciei. Et est quidam modus essendi realis in rerum natura circumscripito actu anime: quem modum eendi habent entia realia omnia: qui distinguitur in decem gradus entitatis in re extra: et iuxta hos modos accipiuntur diversa rerum genera. s. decem predicamenta que sunt substantia: quantitas etc. et hec significantur nominibus prime impositionis et intentionis: et de istis dicitur inferius.

¶ Quod nomini tam prime impositionis quam scientie: aliquid conveniunt pluribus generibus entium: aliquid vni generi solum: aliquid vni speciei vni generis solum. Caplm. V.

¶ Quintum preambulum est quod quibus entia rationis non distinguantur secundum diversum modum eendi: distinguuntur tamen secundum magis esse et





## Tractatus I

minus cōe: qz qdam intentiones sunt cōmunes omni-  
bus generibus deez vt sunt genus: species &c. que omni  
generi cōueniunt: qz in omni genere inueniunt. Quedaz  
aut que solum vni generi vel vni speciei in vno genere: vt  
suppositū in genere substantie solum inuenit: psona autē in  
genere substantie attribuit solum spēi substantie rationalis.  
Si tū vt qdam volūt psona sit nomen secūde impositōis  
Quātum etiā ad noia pme ipositionis qbus scāt res ex-  
tra aiā ita est q qdam ppe dicuntur in vno genere: sed  
similitudine inueniunt dici in alio: vt nomē substantie dicit  
ppe in genere substantie: sed p similitudinē dicit in gene-  
re qlitatis. Ita & color qualitas est de substantia albedinis  
sicut aiā de substantia bois. Et qlitas ppe est in qualitas  
tis genere. quodāmodo aut inuenit in genere substantie &  
quolibet alio in quātum oīs differentia pdicat in qle sub-  
stantiale. Quedā aut conueniunt generi substantie sic q  
nullo mō nec ppe nec similitudinarie inuenit in generi-  
bus accidentiū: vt hoc nomē psona & sic de alijs &c.

¶ Qd oē nomē fm grāmaticos est pme impositōis vel  
scōe. Scōm logicos est: pme itentiōis vel scōe. Ea. VI

¶ Extū preambulū est q fm grāmati-  
cos oē nomē est pme impositōis vel secūde et  
fm logicos pme intentionis vel secūde: & hoc  
realiter idē est lz voces sint diuerse. Quid au-  
tem sit intētio: & qd pma & qd secūda: & per pns qd nomi-  
ne pme itentiōis & secūde importet: declarabit inferius  
vbi de itentiōe ageat: & hec sufficiant de pambulis.

Incipit tractatus secundus huius libri  
de Declaratione difficultium dictōrū & dictio-  
num in Theologia. Prologus

## De transcendētibus. Fo. VII

Remissis sex suppositiōibus  
pms ad dicēda: qd erat p̄mum i hoc  
opere faciēdum. Nunc accedendū est  
ad scōm p̄ncipale videlz ad declara-  
tionē vocabulorū & noim que cōmuni-  
us in vsu loq̄ntiū difficultatem faciūt  
i theologica facultate. Et p̄mo de no-

minib⁹ p̄me itentiōis siue impositōis. Scōdo de noibus  
scōe impositōis siue itentiōis. Quātum aut ad nomia  
p̄me itentiōis. P̄mo dicēdum est de illis noibus q̄ ex-  
primūt modū entis generalr cōsequētē oē ens & addūt  
hunc modū siue exprimūt ad ens. Scōdo de noibus q̄bus  
exprimūt spāles modi eēdi. ¶ Quātum ad p̄mū duo  
sunt faciēda: qz p̄mo ponēda est differentia: significatio &  
sufficiētia eorū nominū que exprimūt generalr modū eē-  
di cōsequētē omne ens que dicunt transcendētia in ge-  
nerali. Scōdo descendēdum erit ad quodlibet eorū in  
speciali vt dicat aliquid de quolibet.

¶ De sufficiētia sex trāscendentū: numerus & differen-  
tia & qliter se hēant ad inuicē que sunt: ens: res: vniū: ali-  
qd: verum & bonum. Capitulum. I.

¶ Clātum ad p̄mum sciendū est q no-  
mina q̄ exprimūt modum entis p̄ntem gene-  
raliter oē ens: & addunt hūc modū exprimen-  
do ipm varie sup ens: sunt qnq; trāscēden-  
tia: & ens ad qd addūt hunc modū est sextū transcendens  
Hoy aut sufficiētiā significationē silr & differētiā ab in-  
uicem ponit sanct⁹ Tho. in qōmbus de xitate. q. i. ar. i. &  
cōiter sumit hoc mō. Modus em̄ exp̄ssus cōsequens om-  
ne ens generalr dupliciter pōt accipi. Vno mō fm q̄ con-  
sequit vniūquodq; in se. Alio mō fm q̄ psequit vniūquodq;  
in ordine ad aliud. Si p̄mo modo hoc est dupliciter: quia



## Tractatus II

talis expressio vel sit affirmatiue vel negatiue. Nihil autem inuenit affirmatiue dictū absolute quod possit accipi in omni ente nisi essentia eius secundum quam esse dicitur. et sic ab hoc modo affirmatiue expresso imponitur hoc nomen res quod in hoc differt ab ente secundum Auicē. primo sue metha. quod ens sumitur ab actu eēndi: sed nomen rei exprimit quidditatem siue essentiam entis. Negatio autem consequens omne ens absolute est in diuisio et hanc exprimit hoc nomen vnus: nihil enim aliud est vnū quod ens indiuisum. Si autem modus entis exprimat secundo modo secundum ordinem vnū ad alterū: hoc est dupliciter. Vno modo secundum differentiā et tunc ad hoc imponitur hoc nomen aliquid quasi aliud quiddam. Unde sicut ens dicitur vnū inquantum est in se indiuisum: ita dicitur aliquid inquantum est ab alijs diuisum. Alio modo secundum conuenientia vnus entis ad alterū et hoc quidem non potest esse nisi accipiat aliquid quod natum est conuenire cum omni ente. hoc autem est anima que est quodammodo: vt dicitur in de anima omnia. In anima autem est vis cognoscitiua et appetitiua. Conuenientia ergo entis ad intellectū exprimit hoc nomen verū: et secundum hoc Isaac diffinit veritatem dicens. Veritas est adequatio rei et intellectus. Conuenientiam autem entis ad appetitū exprimit hoc nomen bonum: vnde in principio ethicorum dicitur: quod bonū est quod omnia appetunt. Concludendo ergo recollit quod sex sunt transcendentia. scilicet ens ad cuius conceptum omnium resoluuntur conceptus: quod differt ab omnibus alijs: quod ab actu sumitur essendi. Res ab eēntia. Vnū a sui indiuisione. Aliquid ab aliorum diuisione. Verum a conuenientia ad intellectum. Bonum a conuenientia ad appetitum: et sic habemus primum propositum quod fuerat declarandum.

De primo transcendente quod est ens: et specialiter quō diuiditur in actū et potentiam. Capitulum. II.

Secundo descendendum est ad dicendum aliquid de quolibet istorum sex transcendentium

## De Transcendentibus Fo. VIII

In speciali et primo de ente quod est primum in cuius conceptu omnes alij resoluuntur. Circa quod sciendum est quod propter diuisiones entis positas superius et modos quibus diuiditur quod positi sunt in tertio pambulo vel tertia suppositio ne principali primum ad dicenda. Adhuc Aristoteles v. metaphis. ponit vnā diuisionem entis quod est quod ens diuiditur in actū et potentia: quod distinctio et acceptio entis est ratione sui. Et quod non est communiter a doctoribus explicata in se et in suis membris difficultatem affert. Et ideo hic videndum est quō hec diuisio et membra diuisionis hęc intelligi. Circa quod ponendus est primo intellectus diuisionis. Secundo declaranda est diuisio secundum duplicem intellectū datum. Tertio dicendum erit aliquid de multiplicitate actus et potentie.

Quō diuisio entis in actū et potentia intelligatur tripliter et quō conueniat enti. Capitulum. III.

Quantum ad primum sciendum est quod diuisio entis in actū et potentia tripliter potest intelligi. Primo vt sit diuisio vnus eois in diuersa entia vt ens diceretur diuidi in rosas quod est actu et in rosas quod non est actu sed in potentia in principio rosarum. Et sic diuisio entis in actū et potentia est diuisio in duo entia. quorum vnū est in actu et aliud in potentia: et hoc non videtur prope sonare diuisio. Secundo vt sit diuisio eiusdem entis in actū et potentia et hoc dupliciter. Primo vt dicatur ens diuidi in actū actualē: quod hęc aliquando actualē existiam: vt rosa in xpe. Et in potentia quod hęc esse in potentia in suis principijs: vt rosa in hyeme. Secundo modo vt dicatur actus vnus et eiusdem rei sua existētia actualis: et sic denotat ab eo quod est in eo realiter actualiter: potentia autem dicitur ipsa possibilitas ad actualitatem quā hęc quod respicit agens et suū principium: et hoc pro tpe presentis si agens sit causa in fieri et conseruās in eē: vt sol respectu lucis in aere. Vel pro preterito si causa precesserit et non est causa conseruās in eē: vt domificas.



tor respectu dom<sup>9</sup> et sic dicitur dupliciter talis potentia per denominationem ab extrinseco: quia a potentia passiva vel activa rei. **¶** Et quantum ad istos duos modos diuisionis potest poni exemplum ueniens ut rosa: quia potest diuidi rosa in actum et potentiam dupliciter. Primo potest diuidi rosa in actum et potentiam sic quod ipsa quando existit actualiter in rerum natura ut cum est actualiter in se. et sic dicitur in actu. Quod autem solum in potentia quia non est in rerum natura: ut in hyeme sed est virtute in suis principis vel suis causis: et hec diuisio rose rñdet prime diuisioni entis: et talis diuisio rose vel entis in actum et potentiam non est diuisio unius eiusdem rei in actu existens: sed est diuisio eiusdem rei existens aliquid in actu et aliquid in potentia. Alio modo potest diuidi ut accipiat actus ipsamet actualis existens: potentia autem accipiat ipsamet possibilitas vel potestas que ipsa actu existens est possibilis ad eandem respectu sui conseruatiui vel fuit possibilis ad essendum respectu sui principii productiui: et sic est denominatio ab extrinseco et ab eo quod in rosa non existit sed in principio suo actiuo vel passiuo: et sic actus et potentia respiciunt rosam eandem numero actualiter existentem: et hec diuisio rñdet scilicet diuisioni entis positæ: et hec diuisio est eiusdem rei actualiter existens.

**¶** Quomodo diuisio entis in actum et potentiam est diuisio realis: et quomodo rationis: et quomodo in diuersas res: et quomodo non: et quomodo dicitur possibile. Capitulum. IIII.

**¶** In suppositis sciendum est quod prius modus diuisionis entis in actum et potentiam: quando sunt plura entia et unum est actu alterum in potentia: non videtur multum proprius nec habet difficultatem: et ideo dimittatur ad prius: sed diuisio entis eiusdem in actum et potentiam difficultatem habet: quantum ad utrumque modum. Et ideo de utroque dicendum est: et maxime quando in utroque modo diuisio entis in actum et potentiam est realis. Ad quod ostendendum primo oportet premittere quomodo est triplex

possibile sumptum a triplici potentia.

**¶** Quomodo possibile dicitur secundum potentiam actiuam et passiuam et non repugnantiam terminorum.

**¶** Quantum igitur ad hoc. Sciendum primo quod aliquid dicitur possibile ab aliqua potentia. et ideo sicut loquimur de aliquo possibili. ita loquimur de potentia. Et ergo sit deductio clarior utraque coniungendo. Sciendum quod aliquid dicitur possibile vel impossibile tripliciter. Uno modo secundum potentiam actiuam: sicut homini est possibile ambulare secundum potentiam gressiuam. volare autem impossibile. Habet enim homo in se naturaliter potentiam actiuam ad ambulandum: non autem ad volandum. Secundo modo dicitur aliquid possibile vel impossibile secundum potentiam passiuam. sicut corpi celesti est possibile moueri circulariter. corrumpi autem impossibile. Et enim in celo potentia passiva ad ubi siue ad locum. non autem ad corrumpi: quia non est compositum ex contrariis. Tertio modo dicitur aliquid possibile vel impossibile non secundum aliquam potentiam actiuam vel passiuam habendo respectum ad ens secundum se et absolute. Et hoc modo in logicis dicitur possibile aliquid enunciabile cuius termini nullam habet repugnantiam. ut possibile est quod fortis currat. Impossibile vero dicitur illud cuius termini habet repugnantiam ut cum homo manens homo sit asinus. et istud possibile dicitur possibile per coherentiam terminorum vel non repugnantiam terminorum: et est respectu cuius cuius factibilis a quacumque potentia. Impossibile autem vocatur per repugnantiam vel non coherentiam terminorum: et est respectu contradictoriorum. Et sic patet quod triplex est potentia. scilicet actiuam que est agentis. et passiuam que est patientis. et per coherentiam vel non repugnantiam terminorum. que prius dicitur possibilitas. et hoc est respectu utriusque potentie: tam actiue quam passiue. Et ab hac triplici potentia sumitur possibile triplex, possibile secundum potentiam actiuam. et possibile

b



## Tractatus II

fm potētiam passiua. ⁊ possibile fm coherētiā vlt nō terminorum repugnantiam.

**Q**uomodo diuisio entis in actum et potētiam est realis ⁊ in res diuersas. Capitulum. V

**H**ec diuisione premissa secūdo sciēdum ē q̄ diuisio entis respectu vni⁹ ⁊ eiusdē entis in actū ⁊ potētiam: qz scz ens dicitur in actu ab actuali existētia. ens autē in potentia:

qz solū est in potētia ⁊ in causis suis: potest tripliciter accipi fm triplicē modū potentie noiare. Si em loquamur de actu respectu potētie actiue ⁊ respectu sui principij pductiui. sic dico q̄ diuisio entis in actum ⁊ potētiam est realis: ⁊ duoz realium realiter differentiū: qz actiue null⁹ actus nec aliqua res pductiua est suipsius. ⁊ sic rosa realiter differt a potētia sua actiua productiua. Si autem loquamur de potētia passiuā qua act⁹ dicitur possibilis. sic dicendum est q̄ etiā potentia passiuā q̄ est ad aliquē actū ⁊ actus ad quem est: dicuntur realiter differre: qz impossibile est idem fm idem formaliter simul esse in potentia ⁊ in actu: ⁊ iterum. qz nihil stat cū opposito suo formaliter simul: scz potentia ad actū stat formaliter simul cū opposito actus. sicut potētia ad albedinez stat cū nigredine actuali. ⁊ hoc modo actualis existētia rose in vere differt realiter ab existētia potentie passiuē q̄ existit in humore terre in hyeme. Si autē accipiat potentia tertio modo. s. p non repugnātia vel p coherētia terminorū q̄ idē est. sic talis possibilitas nō dicit nisi exclusionē impossibilitatis. q̄ circūscripta potētia actiua vel passiuā nō ē aliqua res in rerū natura. Et sic accipiēdo diuisionē entis in actū ⁊ potētiam ab hac possibilitate dictā nō est diuisio duoz diuersoz realiter nec est diuisio realis. Verū est autē q̄ quelibet aliarū potentiarū. scz actiua ⁊ passiuā includit possibi-

## De transcendentibus

So. X

litatem non repugnātie terminorū. Et ideo cū realiter nihil sit aliud diuersum ab illis vt est in illis ⁊ ad illa reducitur. tunc iudicandū est de ea sicut de alijs duabus potētis. scz actiua ⁊ passiuā. Si autem accipiat diuisio entis tertio modo. scz q̄ intelligatur diuidi ens in actū ⁊ potētiam sic q̄ eadē res actu existens diuidatur in actū ratione sue existētie per denominationē intrinsecā. ⁊ in potētiam rōne possibilitatis q̄ habz ad essendū respectu sui principij pductiui ⁊ pseruatiui simul q̄le pductiuū ē sol respectu lucis in aere. vlt respectu pncipij pductiui quis non pseruatiui sicut ē faber respectu cultelli. Primū em productiuū est cā in fieri ⁊ pseruās in esse sicut sol. Secūdum autē pductiuū solū in fieri cā est. sicut faber. Sic dicendum est q̄ talis diuisio nō est in diuersas res. s. eiusdē rei a seipsa put pseruat diuersimode. qz put accipit fm illud q̄ est q̄tum ad actualem existētiā suā p̄p̄iam sumitur actualitas ei⁹. Quātum autē ad potētiam eius actiuam vel passiuā q̄ est vlt causans actu ⁊ pseruās sicut sol lucē in aere. vlt causans ⁊ non pseruās. sicut faber cultellū sumit p extrinsecā denominationem potentialitas vlt p tpe quo causans erat ⁊ pseruat. vel p tpe quo causauit. Igit̄ hec diuisio ē vni⁹ ⁊ eiusdē entis realis s. diuisio ē rōnis ⁊ nō realis ⁊ nō est diuisio in diuersas res. Prima igit̄ diuisio. s. oīm triū puenit oibus entibus: qz qdā sūt in actu ⁊ alia in potētia. Secūda cōuenit omnibus entibus posito q̄ mūdus sit creatus ex tpe. S. si mūdus fuisset ab eterno ⁊ oēs res ab eterno fuissent tam genera q̄ species q̄ indiuidua. illa diuisio locū non haberet quia i illa diuisione in eadem duratione potentia precedit actum. Tertia autē diuisio entis puenit omni creature ⁊ omni entē creato etiam si creature fuissent ab eterno. qz ⁊ si non habuissent principij durationis. habuissent tamē principij causalitatis respectu cui⁹ attēditur potētiālis tertio modo.

b ij





Secundo videndum est quomodo debet intelligi illa communis diuisio qua dicitur quod est actus primus et secundus. Ad quod dicendum est quod tripliciter potest intelligi actus primus et secundus. Uno modo quia deo conuenit esse primum ens et esse actum primum ut immediate dictum est. Omnis autem res creata tali ordine est ens secundarium: et quod quibusdam rebus conuenit nomen actus. posset intelligi diuisio actus primi et secundi ut deus qui est actus primus increatus et purus diceretur actus primus. actus autem creatus diceretur actus secundus. Alio modo posset intelligi actus primus et actus secundus secundum successionem actuum ut actus procedens diceretur actus primus et actus sequens secundus in eadem specie vel in eodem genere. et sic non solum posset poni diuisio actus primi et secundi. sed etiam tertiam vel alterius secundum conditionem actuum. Et illo modo Aristoteles. in. de anima. ponit triplicem operationem intellectus. Prima que est intelligentia simplicium quidditatum: ut cum apprehendit quis naturam lapidis. Secundam que est apprehensorum compositio vel diuisio: ut cum dicitur quod lapis est substantia quantum ad compositionem: et hec est affirmatio. vel quod lapis non est homo quantum ad diuisiones: et hec est negatio. Tertiam que est discursus a magis notis ad minus nota quod fit in discursu. Silogistico rationis. Et cum que libet talium operationum sit quidam actus intellectus. posset dici quod prima operatio esset primus actus intellectus et secunda secundus. et tertia tertius. et sicut hic ita et in alijs. Istis tamen duobus modis non est communis acceptio istius distinctionis quam dicimus quod actus est duplex. scilicet primus et secundus quam ponit Aristoteles. in principio secundi de anima. Est ergo intellectus iste philosophi et communiter loquentium de actu primo et secundo. quod cum ut dictum est. omnis forma tam substantialis quam accidentalis sit quidam actus in omni re in qua est. Cum

omnis actualis sit a forma: ipsa forma potest dici et dicitur actus primus. et secundum hoc aliquid dicitur esse in actu primo. Sed quia unaqueque res: sicut se habet ad esse ita se habet ad operari. Idcirco sicut forma est principium essendi: ita est principium operandi. omnis enim operatio est a forma. Cum autem operatio sit quoddam accidens ut predictum est. ipsum autem accidens quidem actus est. ipsa operatio dicitur primus actus in quantum est forma accidentalis. et dicitur actus secundus in quantum procedit et est a forma que est principium actionis et que dicitur actus primus. Sicut ergo operatio dicitur actus secundus que a forma egreditur. ita per operationem actualiter existentem in operante vel ab operante: dicitur aliquid in actu secundo. Sicut patet quod scientia est quidam forma accidentalis de prima specie qualitatis: et hec dicitur actus primus et eam habens dicitur in actu primo per eam. Sed considerare actu est operatio que egreditur a scientia modo quo actus elicitur mediante habitu scientie. et ideo dicitur actus secundus. et habens actualiter considerationem de pertinentibus ad scientiam dicitur esse in actu secundo. Et licet patet quid est actus primus quia ipsa forma. et secundus. quia ipsa operatio.

De hoc nomine potentia unde traxit originem et ad que secundario est extensa: et quomodo est triplex potentia. Cap. VIII

Secundo dicendum est de potentia. et primo unde hec nomen potentia traxit originem et ad que postea est extensa. Secundo de illis quibus conuenit nomen potentie. Quantum ergo ad primum unde nomen potentie traxit originem et ad que extenditur postea. Sciendum est quod secundum Avicennam. nomen potentie fuit primo inuentum ad significandum potestatem hominum prout dicimus aliquos magnos potentes esse. Ex hoc autem translatum est ex quadam proportione et similitudine ad res naturales quod sic patet. Dicitur enim inter homines

b iij



## Tractatus II

esse potēs qui facit qđ vult vel pōt facere qđ vult de alijs sine impedimēto. et sic fm hoc translatum ē nomē potētie ad omne principū actionis in naturalib⁹. vt potentia dicatur tam in hoīb⁹ vbi ab eor⁹ potestate pmo eius nomen impositū est. qđ in rebus naturalib⁹ que sunt principum actionis ad quas translātū est fm qđ quelibet harū plus agere potest et min⁹ pati. Scđm em̄ qđ plus impediri pōt fm hoc plus minuitur de potētia eius. Impedit autē potētia alicuius agentis vlt naturalis vlt voluntarij in qđm potest pati ab aliquo. Unde de rone potētie cōtūm ad prima sui impositionē esse principū actionis et non posse pati. Unde illud qđ non pōt pati dato qđ nihil possit agere potēs dicim⁹ sicut ferrū qđ hz potētiā vt nō secetur vlt diuidat. Sed ex alia p̄sideratione. scz qđ oportet actiōem agentis in aliquo recipi qđ actio est agētis p̄nter nomē potētie extēsum ē ad hoc vt recipiēs actionē agentis habeat nomen potētie. et potētiā habere dicat que potētia vocatur passiuā. Sicut em̄ illa que in agente est actionis principū potētia actiua vocatur. Ita illa que est recipiendi principū: passiuā vocat. Ex quib⁹ colligitur qđ est duplex potētia. vna qđ dicitur actiua. alia qđ dicitur passiuā. Et quia in omni potētia actiua vel passiuā attendit vt possibile nō repugnet potētie. Idcirco ponit pmo Methaphisice tertia potētia. que vocat potētia coherentie terminorū vel nō repugnantia terminorū. Et qđ ista fundatur sup duas primas. et videtur magis logice accipi qđ realiter ab eis distincta. Idcirco illa dimissa qđ per alias duas importat solum de alijs duabus in speciali p̄sequendum est. Potētia enim coherentie vel non repugnantie terminorū dicitur respectu omniū que p̄tradictionē aliquā nō includūt qđ sunt possibilis. vlt per potētiā actiua vel passiuā qđcūq. vt qđ ex ligno fiat lanx vel domus. est in ligno potētia s; non repugnantia terminorū. et per oppositū quicqđ cōs

## De transcendētib⁹. Fo. XIII

tradictionē includit est impossibile. Oppositū isti potētie sicut qđ lignum manēs lignum fiat lapis vlt vitulus. vnde nec hoc est impossibile per diuinā virtutē. licet sit possibile diuine virtuti ex ligno subito facere vitulum. ligni tamē natura non manente.

**Declaratio eorū que tangunt actiuam potētiā vel passiuam.**  
Capitulum. IX.

**Secundo dicendum est de qualibet istarū potētiarū: scz actiua et passiuā: et primo de actiua: secūdo de passiuā. Quātum autē ad actiua potētiā dicēda sunt duo. Primo em̄ declarāda est ista distinctio de potētia que ponit in deo scz de potētia ordinata et absoluta. Secūdo declarāda ē alia de potētijs in hoīe: qđ qđā sunt naturales et qđā rōnales. **Quomodo itelligi debet qđ in deo est duplex potētia: ordinata et absoluta et que sit istarū quelibet.****

Quantum ad p̄mū quomodo itelligitur illa distinctio de potētia absoluta et ordinata in deo. Sciēdum qđ potētia dei absoluta dicit posse suū vel potestas sua absolute cōsiderata sine respectu habito ad aliqđ attributū diuinum et hac potētia: pot absolute qcquid habet rationē factibilitatis: et illud qđ nō pot facere dicit impossibile nō p̄pter defectū diuine potētie: sed p̄pter defectū rei factibilis que non ē capax: sicut magister in theologia: de potētia absoluta potest docere theologiam: sed qđ nō possit docere asinū: non est defectus potētie in magistro: sed ē defectus asini qui non est capax doctrine. Potētia autē ordinata dicit potētia dei ordinata ad aliquod attributū vel iusticiā vel sapēntiā vel clemētiā et huiusmodi. et sic deus potest aliqđ p̄ potētia absoluta: qđ nō potest de potētia ordinata. Et verbi gratia: de potētia absoluta deus posset omēs qui



sunt in paradiso in infernum ponere: et de inferno oēs qui ibi sunt in paradysum ducere: sed considerato ordine sue iusticie qui apparet hoc non potest. Item de potētia absoluta posset peccatorū merito reuertēti veniam negare sed considerata sua misericordia: hoc non potest. et sic de alijs. Etiam ponitur exemplum quātum ad vtrāque potētiā in humanis: quia rex posset duos pauperes quorū vnus eēt innocens: alius fur: de potētia absoluta suspendere: sed de potentia ordinata non nisi furem.

**¶** Quomodo intelligitur quod alie sunt potētie naturales: alie rationales: et harū alie rationales per essentias alie per participationem

Capitulum. X.

**¶** Quantum ad secundum: primo dicendum est quomodo intelligitur ista distinctio quod potētiarum alie quodam sunt naturales que sunt determinate ad vnum: alie sunt rationales et valēt ad opposita.

q

Secundo videndum est quomodo ille potētie sic distincte sunt determinate: quodam ad vnum: alie autem valent ad opposita. Quantum ad primum sciendum. Primo quod naturale potest sumi dupliciter. Vno modo quod dicatur naturale illud quod inest homini a principio naturalibus: et sic oēs potētie que sunt in homine sunt naturales: tam rationales quam alie. et sic vna non distinguitur a alia. Alio modo dicitur naturale quod sequitur modum compositum nature. Modus autem compositus nature est esse determinatum ad vnum: sicut lapis habet determinatum motum scilicet ferri deorsum. et sic quod in homine sunt quodam potētie determinate ad vnum. alie autem non determinate: ideo ponitur distinctio quod quodam sunt potētie naturales et iste sunt determinate ad vnum et sunt oēs pertinentes ad partem vegetatiuam et sensitiuam: et oēs que non sunt nature obedire rationi. Ille autem que non sunt determinate ad vnum dicuntur rationales: vel per essentiam: vel per participationem. Rationale autem sic distinguitur. Ex quo secundo ponenda est distinctio

potētiarum rationalium: quia quodam sunt rationales per essentias quodam per participationem. Dicitur autem rationale per essentiam ipse intellectus vel ratio que idem sunt. Sed rationale per participationem est appetitus qui distinguitur in appetitum intellectiuum que dicitur voluntas que dicitur rationalis per participationem quia sequitur rationem. Quod enim ratio iudicat eligendum hoc voluntas eligit et acceptat. Et in appetitu sensitiuo. Dicitur autem appetitus sensitiuus rationalis per participationem: quia est aptus natus regulari per rationem et quia appetitus sensitiuus distinguitur in irascibile et concupiscibile. Ideo etiam tam irascibilis quam concupiscibilis dicuntur rationales per participationem. Tamē notandum est quod doctores voluntatem aliquam vocant rationalem per essentiam aliquam per participationem: in quibus tamen non est differentia. quia hoc est respectu diuersorum. Dicitur enim voluntas rationalis per essentiam in quantum comparatur ad appetitum sensitiuum: non quod ipsa sit ratio essentialiter: sed quia est in parte intellectiua et rationali: hoc non est appetitus sensitiuus sed est in parte sensitiuo. Dicitur autem voluntas rationalis per participationem in comparatione ad intellectum vel rationem: quia scilicet non est essentialiter ratio sed participat aliquid cum ratione. scilicet partem superiorem anime quantum ad subiectum. Item etiam quia sequitur actum rationis. Alterius notandum est quod potētie sensitive que dicuntur rationales per participationem dupliciter possunt considerari. Vno modo putantur operari instinctu nature et sic ordinantur ad vnum sicut natura: et sic sunt determinate ad vnum. Et isto modo dicuntur naturales et non rationales per participationem nec sic sunt in eis aliquid habitus. Alio modo possunt considerari secundum quod operantur ex imperio rationis et eis subiunguntur. et sic possunt ad diuersa ordinari et non sunt determinate ad vnum. et sic dicuntur rationales per participationem: et ponuntur sic habitus in istis potentis.

**¶** Quomodo intelligitur quod potētie naturales sunt determinate ad vnum et potētie rationales valent ad opposita.

Capitulum. XI.





## Tractatus II

Inc videndum est secūdo quō habet illud itelligi q̄ potētie naturales sunt determinate ad vnum ⁊ potētie rationales valent ad oppositū ⁊ dicendum q̄ potētie naturales dicunt̄ determinate ad vnū in quantum naturales sunt: q̄ non habēt facultatē ex se ad oppositum: sicut potentia calidi non pōt ad oppositum p̄ se: sc̄z q̄ frigefaciat nec ad oppositū q̄ non calefaciat cessante impedimēto: ⁊ ideo est ad vnum determinata. Similiter potētia grauis ad motum sic est determinata q̄ non pōt ad oppositū contrarie vt sc̄z moueatur sursum: nec pōt ad oppositum cōtradictorie vt nō moueat̄ deorsum cessante impedimēto. Potētie autē rōnales maxime intellectus ⁊ volūtas. que modo p̄dicto dicunt̄ rōnales per essentiam nō sunt sic determinate ad vnū quā possunt in oppositum. In his dūtaxat quorū alterū non inesset a natura: pōt ergo intellect⁹ ad oppositū quātum ad exercitium act⁹: q̄ intellect⁹ pōt considerare vel nō cōsiderare: lapis autē non pōt nec descendere cessante impedimēto: potest etiā intellect⁹ in oppositū quātum ad determinationē actus: q̄ pōt considerare de albedine vel de nigredine: lapis autē non pōt moueri sursum: dextrorsum: sinistrorsum: sed solum deorsum. Et ita potētia rōnalis valet ad oppositum ⁊ contradictorie: q̄ pōt agere ⁊ non agere ⁊ dūe ⁊ in p̄traria: sed nō potest in cōtradictoria: q̄ si intelligit ens: non pōt itelligere nō ens: nec pōt itelligere falsum qd̄ fm̄ Aug. nō est itelligibile: quīs possz itelligere verū: pōt autē in opposita cōtraria: q̄ pōt itelligere albedinē ⁊ nigredinem: ⁊ p̄trarie q̄ p̄ philosophū in fine p̄termenias si oppositiōes cōtrariorū non sunt cōtrarie tñ cōtradictoriorū sunt contrarie. Potētie autē rōnales per p̄ticipationē possunt quidem in opposita nō simpliciter ⁊ ex natura sua. immo sic sunt determinate ad vnū vt prius dictum est. Sed possunt in op

## De transcendentibus Fo. XV

posita inquātum participant rationē fm̄ quod mouētur a ratione vt sibi obediunt. Attrum autem potētie rationales sint actiue realiter vel mere passiue: vel actiue ⁊ passiue simul: vel actiue grāmaticaliter solum: ⁊ passiue realiter: infra dicetur vbi agetur de predicamēto actionis: nō tamen expresse vel ad plus me determino. Que autē restant dicēda de potētis aīc: patebunt infra cū agetur de secūda specie qualitatis.

¶ Quot modis dicit̄ potētia passiuā: ⁊ qd̄ est potētia naturalis ⁊ obediēcialis. Capitulum. XII.

Secundo videndū est de potētia passiuā ⁊ p̄mo ponenda est distinctio de potentia naturali ⁊ obediēciali. Secūdo dicēdum est quid est educi de potētia vtraq̄ vel induci formam in vtraq̄ potētiā. Quātum ad p̄mum dicendum est q̄ duplex est potētia passiuā: q̄dam naturalis: quedā obediēcialis. Potētia autē naturalis dicitur que pōt reduci per agens naturale in actū: ⁊ hec est duplex: quia est q̄dam potētia passiuā respectu sui accidentis sc̄z respectu actus accidentalis ⁊ sic in quolibet subiecto est potētia passiuā respectu sui accidentis: q̄ accidens causat̄ a causa naturali vel agēte naturali. ⁊ sic sign⁹ est in potētia respectu albedinis. Alia est potētia passiuā naturalis respectu actus substācialis ⁊ talis passiuā ponit̄ in materia prima respectu forme substācialis. Potentia autē obediēcialis est duplex. Primo enim ip̄e res nate sunt obedire actiōi diuine ī fieri q̄cquid est factibile de eis per diuinā virtutem: ⁊ ideo talis potētia passiuā dicit̄ obediēcialis: q̄ reducitur ad actū per agens nō naturale sc̄z per agēs sup̄ naturale qd̄ est deus: cui in his que sunt supra naturam res naturales nate sunt obedire. Secundo etiam ip̄e res nate sunt obedire artifici ⁊ si non sic vt diuine actiōi tamē



## Tractatus II

aliquo modo ut fiat de eis per artem quod artifex secundum rationem rectam et regulam artis intendit: et ideo etiam talis potentia passiva quae per agens artificiale inducitur in actum respectu rerum naturalium potest dici obediens. et sic in triplo est duplex potentia passiva. Una obediens respectu dei: ut subito ex eo fiat vitulus. Alia etiam obediens respectu artificis: ut per artem fiat ex eo lectus. Est ulterius intelligendum quod potentia passiva alio modo distinguitur aliter. Est enim quedam potentia passiva coniuncta actui. et sic materia corporis humani est potentia coniuncta actui quod diu anima est in corpore: et corpus est in potentia passiva accidentali coniuncta actui cum est actu albedo in eo. Alia est potentia remota ab actu aliquando maiori distantia aliquando minori: ut embryo est in potentia remota ab actu anime rationalis quod diu manet sub forma vegetativa vel sensitiva tantum. et paries ad albedinem antequam dealbetur.

**Q**uid est educi vel induci respectu potentie passive: et quae forme educantur de potentia naturali: et quae potentia de obediens: et quibus provenit induci vel educi. *Capitulum XIII.*

**A**lia vero de potentia passiva forme educuntur vel in ea inducuntur iuxta hoc faciliter potest patere secundum se: quid est educi formam de potentia materie: et que dicuntur educi vel induci. Educi enim formam de potentia materie nihil aliud est quam formam dependere secundum esse et fieri ab ipsa materia. Induci autem formam in potentiam materie nihil aliud est quam formam dependere ab ipsa materia secundum fieri. licet non dependeat secundum esse. Ex quo patet quod omnes forme naturales infra animam rationalem dependent ab ipsa materia secundum suum esse et secundum suum fieri: quia nec extra materiam esse possunt nec extra materiam fiunt loquendo large de fieri. Idcirco omnes forme substantiales infra animam rationalem dicuntur

## De transcendentibus §o. XVI

educi de potentia materie naturali et non induci. Similiter quia omnes forme accidentales dependent quantum ad esse et fieri a potentia ipsius subiecti loquendo de formis accidentalibus naturalibus omnes dicuntur educi de potentia naturali ipsius subiecti. Primo modo quantum ad formas substantiales naturales educitur forma ignis de materia ligni. Secundo quantum ad formas accidentales educitur lux de potentia aeris. Quia autem anima rationalis non dependet secundum esse suum a materia. sed communi cursu dependeat secundum fieri: quia extra corpus non creatur. ideo dicitur anima rationalis induci et non educi. Quia vero gratia et alie virtutes infuse non sunt per potentiam agentis naturalis: sed per illius potentiam cui nata sunt omnia obediens. Idcirco gratia et virtutes infuse non dicuntur educi de potentia naturali: sed solum de potentia obediens sed respectu potentie naturalis possunt dici induci. Quia vero dependent secundum esse et fieri a materia et subiecto: ad est ab anima. Idcirco respectu obediens potentie nullo modo dicuntur induci sed solum educi. Et sic est de formis artificialibus quia tales forme dicuntur educi de potentia obediens: sed respectu potentie naturalis dicuntur induci. Et sic patet quid est educi de potentia materie et induci et quid est educi de potentia naturali et obediens: et quibus tam hoc quam illud conveniat.

**Q**ue de secundo transcendente quod est res quibus et quomodo convenit diversis. *Capitulum XIII.*

**I**cto de primo transcendente quod est ens. Nunc agendum est de secundo quod est res: de quo brevis expeditio non dico nisi unum scilicet quod res dicitur dupliciter secundum quod diversimode de diversis dicitur. Dicitur enim res secundum grammaticos a ratus ta. tu. et quod ratum est idem quod firmum. id est res dicitur de entibus quae habent firmam entitatem quae sunt





## Tractatus II

solum unū in q̄titate. huius aut̄ ratio ē. q̄ om̄s vnitas opponitur multitudinī et ideo in omni genere in quo inuenitur ultra alia genera specialis rō multitudinis. rationale est q̄ inueniatur specialis rō vnitatis. sed in genere q̄tatis inuenitur rō specialis multitudinis. ergo ultra alia genera inuenit̄ specialis rō vnitatis. Probatio minoris. q̄ in alijs generib⁹ exclusa q̄titate omnis multitudo esset differentiū fm̄ speciem et nulla fm̄ numerū solum. et hec esset formaliter loquēdo fm̄ causas naturales quicquid esset fm̄ diuinam potentiam. In q̄titate autem et in materialibus rōne q̄tatis est multitudo differentiū fm̄ numerū solū. vt pat̄ in multitudine hoīz et hmōi. p̄ter q̄ vnū est in q̄titate: q̄ multitudo ei opponit̄ que inuenit̄ fm̄ predictā rōnem specialē. h̄z speciale nomē et vocatur vnū quod est principium numeri.

**Quomodo in omni ente cōtingit esse vnū q̄ est principium numeri et quomodo non. Capitulū. XVII**

**Alia vero vnum cōmune est vt pōt**

**q̄ patere ex dictis. q̄ vnum quod est principium numeri est solum in genere q̄tatis. hos autem numeramus alia q̄ non pertinent aliquo**

modo ad gen⁹ q̄tatis et dicim⁹ ibi vnum et duo sicut in deo ponimus vnā essentiam et tres personas. et angelos etiā numeramus et possumus etiā dicere vnā albedinē et duas rē. ideo ad videndum quomodo hoc pōt eē dico. quous sit cōmune dictum q̄ vnum dictum de alijs q̄ non sunt de genere q̄tatis nō est vnum q̄ est principium numeri. Ego tñ dico q̄ oī vni vbicūq; inueniat̄ siue sit transcendēs siue quodcūq; puenit q̄ sit p̄ncipium numeri. et illi vni et oī conuenit rō mēsure. diuersa tñ rōne. Abi intelligendum est q̄ esse principium numeri pōt eē dupl̄r vno mō vt sit p̄ncipium numeri a quo numerus inchoatur.

## De transcendentibus

## So. XVIII

et hoc principium numeri omni vni cōuenit tam vni q̄ cum ente conuertit̄ q̄ vni q̄ est principium numeri in genere q̄tatis. et sic puenit omni enti. Unde isto modo possum dicere deus est vnus. pater et filius sunt duo. et isto mō possunt numerari angeli et due albedines et duo puncta. et sic omni vni cōuenit q̄ sit principium numeri sc̄z vt a quo numerus inchoatur. Alio modo dicit̄ aliquid esse principium numeri q̄ est principium a quo numerus efficitur. sicut lignū qm̄ diuidit̄. q̄ ex eo fiunt duo ligna. Sic aut̄ esse principium numeri puenit soli q̄tati p̄tinue q̄ per sui diuisionē nō est p̄ncipium q̄tatis discrete. Et p̄ p̄sequēs vnū q̄ fundat̄ in cōtinuo est p̄ncipium numeri. quo discrete q̄tates numerant̄. et sic nō est vnū in deo nec in angelis nec in alijs a genere q̄tatis. nec p̄cto hoc modo puenit esse vnum. Et per p̄sequēs nec tali numero inde causato. ita vt nec deus nec angeli nec alia a genere q̄tatis numerari p̄nt. Eulibet ergo vni cōuenit ratio mēsure. quia omnis numerus est multitudo mēsurata per vnum. vt dicit Dionysius vltimo capto de diuinis nomib⁹: q̄ nō est multitudo nō participās vno. sicut etiā cuilibet vni puenit q̄ sit principium numeri. sed alio et alio mō vt pat̄ ex dictis q̄ multitudine q̄ non ē causata ex diuisione p̄tinui. mēsurat vnū q̄ cū ente p̄uertit̄ q̄ est principium numeri. a quo numerus inchoat̄ solū. Multitudine aut̄ que ē causata ex diuisione cōtinui mēsurat vnū q̄ est principium numeri. et a quo numerus efficitur. et a quo numerus causatur.

**Quid addit vnū q̄ est principium numeri sup̄ p̄tinuū in quo fundat̄: et q̄d sup̄ vnū q̄ cum ente p̄uertit̄. et quid cōtinuum sup̄ illud vnum. et q̄d vnū quod cum ente p̄uertitur super ens.**

**Capitulū. XVIII**

**Et his ostendo quarto quomodo se habet vnum q̄ est principium numeri ad cōtinuum**

**c ij**



num. Et dicendum qd vnum qd est principium numeri super continuum qd est vnum addit esse partem aliquotam totius discreti. Nam esse continuum absolute acceptum non importat esse partem aliquotam alicui discreti, sed solum importat habere plures partes indiuisas ad inuicem. vnum autem importat esse partem aliquotam totius discreti vel alicuius multitudinis. Quod patet quia ad questionem factam per quotam conuenienter respondetur per aliquotum. Quando enim queritur quot sunt spes ut puta hoies. conuenienter respondet vnus vel duo vel tres. et stat qd ibi est responsio de vno qd est principium numeri. Ergo vnum qd est principium numeri super continuum addit esse partem aliquotam alicuius discrete multitudinis. cum non dicat totam multitudinem vel totum discretum. Quia vero feci mentionem de parte aliquota ut videatur quid est pars aliquota. Sciendum qd numerus habet quasdam partes aliquotas quasdam non aliquotas. Partes aliquote dicuntur qd aliquoties per se sumpte reddunt suum totum. et sic duo et tria sunt partes aliquote senarij. quia duo ter sumpta faciunt senarium. et tria bis sumpta faciunt senarium. Quattuor autez et quinque sunt partes non aliquote. quia aliquoties sumpte nunquam faciunt senarium. Semel enim sumpte non reddunt senarium. bis autem sumpte reddunt ultra. ut bis quattuor faciunt octo. bis quinque decem. Alterius autem ostenditur ex dictis quid addat vnum qd est principium numeri super vnum qd conuertitur cum ente. quia hoc addit in quo differt ab eo. hoc autem est quia vnum qd conuertitur cum ente dicit absolutam indiuisiorem in quacumque entitate. Sed vnum quod est principium numeri. dicit indiuisiorem in determinato genere. scilicet in genere quantitatitatis continue. Secundo differunt in hoc quia vnum qd cum ente conuertitur videtur importare absolutam indiuisiorem vnus vero qd est principium numeri. importat esse partem aliquotam alicuius totius discreti ut dictum est. Continuum vero qd est vnum

vnitate qd est principium numeri a quo numerus efficitur addit idem qd vnum qd est principium numeri super vnum qd cum ente conuertitur. et ultra hoc videtur differre. Quia ratio vnus qd cum ente conuertitur est priuatiua quia dicit indiuisiorem. Ratio autem continui videtur esse positiua. vnum autem qd est transcendens non addit aliquid reale super ens. sed solum addit negationem diuisionis. Nihil enim aliud est vnum qd est transcendens quam ens indiuisum. Ex quo patet qd tale vnus cum ente conuertitur. secundum non. Nam omne ens autem est simplex autem est compositum. Quod autem est simplex est indiuisum actu et potentia. Quod autem est compositum non habet esse quod diuisiones eius diuise sunt. Sed postquam sunt vnitate et composita constituunt ipsa vnde esse cuiuslibet rei consistit in sui indiuisiorem. Et inde est qd vnum quodque sicut custodit suum esse ita custodit suam vnitate. numerus autem super vnitate nihil addit. nisi illud qd addit totum integrale super suas partes. Totum autem discretum. super totum continuum addit. scilicet habere partes actu diuisas. et per hoc hoc realiter differt ab eo.

¶ Quot modis dicuntur aliqua esse vnum et quot modis dicitur vnum. Capitulum XIX

¶ Quinto nunc videndum est quot modis dicuntur aliqua esse vnum. Et dicendum quod cum ut predictum est: vnum nihil aliud sit quam ens indiuisum. quot modis contingit aliquid esse indiuisum. tot modis dicitur vnum esse. Indiuisum autem aliquid dicitur dupliciter. per accidens ut sortes est albus. quia albedo inest sorti. Et sic isto modo dicuntur aliqua esse vnum per accidens siue sit vnum per inherentiã ut in exemplo dicto. siue per colligationem ut in onere lignorum. siue per coadunationem et aggregationem ut in acervo lapidum vel tritici et huiusmodi. Alio modo dicitur aliquid indiuisum et per se sequens vnum per se. hoc autem est dupliciter. Vno modo aliquid sunt in



## Tractatus II

diuisa simpliciter per se alio modo respectu alterius. Si respectu alteri hoc est vel respectu alicuius speciei. et sic dicitur omnia esse unum specie que sub vna specie continentur. vel respectu alicuius generis. et sic dicuntur unum genere quecumque sub vno genere continentur. vel respectu alicuius analogi et sic dicuntur unum proportionem vel analogam quecumque sub analogo continentur. Dicuntur autem per se unum esse absolute et simpliciter quecumque sunt unum numero: ut Sortes est unum numero. Sed in istis est differentia duplex. Quia quedam horum sunt vnus que sunt indiuisa in actu et unum in actu. diuisibilia tamen. et per consequens plura in potentia. Et sic tripliciter vel diuisione quantitatatis sicut quod est unum et indiuisum per continuitatem ut linea. vel diuisione essentiali sicut quod est vnus et indiuisum per compositionem forme et materie ut lapis vel homo. vel eius quod est ex quo est et quod est. ut angelus. vel secundum utrumque sicut quod est unum per compositionem forme et materie et unum per continuitatem. et sic sunt vnus omnia corpora naturalia. Quod autem aliqua horum non sint diuisibilia vel non diuidantur actu. est ex aliquo in eis propter naturam compositionis vel diuisibilitatis. sicut sunt corpora celestia. et quibus non sunt diuisibilia actu sunt tamen diuisibilia secundum intellectum. Quedam sunt quorum quodlibet est indiuisibile actu et potentia et hoc est tripliciter. Est enim aliquid indiuisibile quod est unum indiuisibilitate. quod habet aliquid in sui ratione preter rationem indiuisibilitatis ut punctus quod preter indiuisionem importat situm. Aliquid vero est vnus indiuisibilitate indiuisibile actu et potentia quod nihil aliud importat sed est ipsa sua indiuisibilitas: ut vnitas que est principium numeri et tamen inheret alicui quod non est ipsa vnitas sicut subiecto suo. Est autem aliquod vnus indiuisibile actu et potentia quod in sui ratione non includit aliquid preter rationem indiuisibilitatis nec alicui alteri est inherens et talis vnitas et tale unum est de

## De transcendentibus Fo. XX

us qui est causa et principium omnis alteri vnitatis. Ad istos autem modos vnitatis reducuntur omnes alij qui possent inueniri vel per se vel per accidens quia cum vnus opponatur multitudini. totiens dicitur multitudo opposita quotiens unum.

**¶** Quibus gradatim conuenit maxime esse vnus. et inter omnia entia deus est maxime vnus. **Capitulum. XX**

**¶** Exto ex predictis potest patere quomodo et quibus conuenit maxime esse unum inter omnia quibus vnus conuenit. Magis enim sunt unum que sunt unum per se. quam que sunt unum per accidens. Et inter illa que sunt unum per se. illa que sunt vnus per se simpliciter et absolute. magis sunt unum quam que sunt vnus respectu alterius. magis autem sunt unum que sunt unum in specie: ut Sortes et plato. quam que sunt unum genere. ut homo et leo. Et illa magis sunt vnus que sunt vnus genere quam que sunt unum analogo ut sortes albedo sunt unum in ente. Inter illa vero que sunt vnus in numero illud est maxime unum quod est unum diuisibile in potentia diuisione sola quantitatatis ut linea. quam quod est vnus diuisibile diuisione essentiali: ut homo. et ista duo magis sunt vnus quam illud quod est unum diuisibile in potentia diuisione quantitatatis et essentiali ut quodlibet corpus. Inter illa vero que sunt per se unum absolute que sunt indiuisibilia actu et potentia. magis sunt unum quam illa que sunt indiuisibilia in potentia. Et inter hec plus est vnus vnitas quam punctus. et deus plus quam vnitas vel punctus. In deo enim nulla est partium compositio. nulla diuisionis continuitas. nulla accidentium varietas nulli inherens. Quapropter summe vnus est. quoniam mensura principium et causa omnis vnitatis. Illud enim quod est maximus in quolibet genere est principium in eo ut dicitur. ij. Meth. et ideo etiam dicitur quod illud



## Tractatus II

quod est simplicissimum est mensura in quolibet genere. ut dicitur in decimo.

**Quo conuenit alicui rei esse unum et multa. Cap. XXI**

**Septimo nunc dicendum est quomodo**

conuenit alicui rei quod sit unum et multa. Ubi notandum quod nihil prohibet illud quod est uno modo diuisum esse alio modo indiuisum. sicut quod est

diuisum numero ut Sortes et Plato esse indiuisum secundum speciem. Sortes enim et Plato secundum Porphyrium sunt unum specie. Participatione enim speciei plures homines sunt unus homo. Et sic similiter cum unum non dicat nisi ens indiuisum. contingit aliquid uno modo esse unum et alio modo esse multa. Contingit ergo quod aliquid est unum simpliciter et multa secundum quid. sicut indiuisum simpliciter et diuisum secundum quod. quod contingit duobus modis. Primo quando est aliquid indiuisum secundum essentiam licet sit diuisum quantum ad ea que sunt extra essentiam rei. sicut quod est unum subiecto et multa secundum accidentia multa que in eo sunt. ut Sortes et eius accidentia. sic enim Sortes est unum simpliciter et multa secundum quid. Secundo hoc contingit quando aliquid est indiuisum in actu et diuisum in potentia. Sicut quod est unum toto et multa secundum partes in quas est diuisibile. siue partes ille sint essentielles sicut materia et forma in compositis. siue sint partes quantitatie ut in continuis. Tale enim erit unum simpliciter et multa secundum quid. Si autem e conuerso aliquid sit indiuisum secundum quid et diuisum simpliciter erit unum secundum quid et multa simpliciter. Hoc autem contingit in omnibus que sunt plura diuisa numero. et sunt unum specie vel genere vel analogo. et que sunt plura distincta et secundum essentiam diuisa. et sunt in distincta secundum rationem vel secundum principium. vel secundum causam. omnia talia sunt unum secundum quid et multa simpliciter.

**Quomodo ens diuiditur per unum et multa. Cap. XXII**

## De transcendentibus. Fo. XX

**Alia vero ens diuiditur per unum et multa: hec diuisio est per unum simpliciter et multa secundum quid. Nam et ipsa multa non continentur sub ente nisi secundum quod aliquo modo continentur**

sub uno. Secundum enim Dionysium. vlti. cap. de diuinis nominibus: non est multitudo non participans uno. Que enim sunt multa partibus sunt unum toto: et que sunt multa accidentibus sunt unum subiecto: et que multa numero sunt unum specie et que multa specie sunt unum genere: et que sunt multa processibus sunt unum principio vel pauatione.

**De quarto transcendente quod est aliquid quod est transcendens et non aliud et quod differunt. Capitul. XXIII.**

**Scendum nunc est de quarto transcendente quod est aliquid. Dictum est superius quod sicut unum dicit ens in se indiuisum. ita aliquid dicit ens ab alio diuisum. unde dicitur**

aliquid quasi aliud quid. Ubi intelligendum est quod multum differunt aliquid et aliquis. Nam aliud est adiectiuum generis masculini. aliud autem substantiuum vel adiectiuum substantiuum in neutro genere. Hec autem est differentia inter hec quia masculinum genus ponitur circa suppositum et personam: unde subiectum ponit suum significatum vel suam significationem circa substantiam. Neutrum autem habet suam significationem absolutam. Ex quo significatur quod nomen adiectiuum significans alietatem significat alietatem in supposito vel persona: ut cum dico alius homo. Sed substantiuum vel adiectiuum in neutro genere substantiuatum: importat alietatem in essentia et diuersitatem ut cum dico aliud: unde in diuinis possumus dicere masculine. Pater est alius a filio quia differunt personaliter: sed non possumus dicere. pater est aliud neutraliter: quia significaret quod differrent substantialiter. hoc autem est falsum. Ergo cum aliquis importat quod



## Tractatus II

dam arietatem cum sumitur masculine aliquis dicitur quasi alius quis: hoc autem totum significat arietatem in supposito non in essentia: et sic non est unum de transcendentibus imo est signum particulare: et ab aliquibus vocatur individuum vagum: quia nullum determinatum particulare designat sed particulare indeterminatum. Sortes autem dicitur individuum signatum. Sed cum dico aliquid significatur quasi aliud quid. Aliud autem neutri generis importat arietatem in substantia. Et quia substantia et essentia importatur per hoc quod dico quod. unde et essentia rei quidditas vocatur ut infra patebit. Ideo aliquid substantivum in neutro genere est unum de transcendentibus importans diversitatem neutraliter et per consequens arietatem in substantia. unde aliquid unum de transcendentibus respectu illius respectu cuius dicitur aliud quod dicitur aliquid non quocumque modo sed arietate substantiali et essentiali. Et ita patet quod aliquid dicit arietatem essentialiter et sumitur substantivum et est transcendens sed aliquis sumitur in masculino et non est transcendens. Ex quo ulterius patet quod convenienter potest dici in divinis. pater est aliquis et filius est aliquis: et pater a filio est alius: quis quia hic importatur sola differentia personalis. Quamvis autem posset dici quod pater est aliquid et filius est aliquid. non tamen potest dici quod pater est aliquid a filio: id est aliud quid: et filius est aliquid. id est aliud quid a patre: quia una est essentia utriusque et non differunt essentialiter. Potest tamen dici quod pater et filius sunt aliquid et aliud quid a lapide: et sic de alijs a quibus differunt essentialiter.

De quinto transcendente quod est verum: et primo quod est quadruplex veritas qua aliqua dicuntur vera: scilicet veritas que deus est: veritas rerum naturalium: veritas intellectus: veritas propositionis

Capitulum. XXIII

## De Transcendentibus Fo. XXII

Incipit dicendum est de quinto transcendente quod est verum. Et quia, verum a veritate dicitur: ideo primo de veritate quadrupliciter videndum est. Unde sciendum quod est quadruplex veritas. Una que dicitur prima veritas que deus est. alia veritas creata que est cuiuslibet rei create entitas. Alia veritas intellectus. Alia veritas orationis: que sic patere possunt. Cum enim verum et ens convertantur. verum nihil aliud addit supra ens nisi ordinem ad intellectum. Ipsa ergo divina entitas ut consideratur prout habet esse: actu dicitur ens: quia sumitur ab actu essendi ut dictum est. Quia vero ipsa divina entitas intelligitur ab intellectu divino. ipsi autem intellectui divino divina entitas totaliter adequatur quia omni modo quo est intelligibilis est et nullo modo aliter. Ideo ipsa divina entitas ut comparatur ad actum essendi quo est dicitur ens: ut comparat ad intellectum eam adequate apprehendentem in omnibus qui est intellectus divinus: dicitur vera. Et quia in divinis concretum et abstractum non differunt: ideo sicut est vera entitas ita est veritas. unde sicut deus est sua entitas ita est sua veritas per adequationem sue entitatis ad suum intellectum in affirmatione ut quod est trinus et unus: et negatione ut quod non est lapis. Idcirco ibi etiam verum est: quod veritas est adequatio rei et intellectus: hec igitur veritas vocatur prima veritas sicut et prima entitas. Ideo Christus dixit Johannis. xiiij. Ego sum via et veritas et vita. Res autem que libet ut consideratur habens esse actu dicitur ens: et quia habet suam entitatem apprehensibilem ab intellectu: sicut respectu esse dicitur ens. ita ad intellectum comparatur dicitur vera. Res autem potest habere duplicem ordinem ad intellectum: scilicet per se et per accidens. Per se autem habet ordinem illa res ad intellectum illum a quo formam esse suam dependet: et a quo cognoscibilis est: et isto modo dependet





## Tractatus II

domus ab intellectu domificatoris: et generaliter omne artificiatum ab artifice. Alio modo habet res ordinem ad intellectum per accidens: quia scilicet non dependet ab eo secundum suum esse sed solum quantum ad cognosci: quia accidit rei quod cognoscatur: et sic lapis dependet ab humano intellectu. Iudicium autem sumit de re secundum illud quod inest sibi secundum se et non secundum illud quod inest sibi secundum accidens. Quia ergo res non dicitur vera nisi per ordinem ad intellectum vel practicum a quo dependet quantum ad esse et cognosci: vel speculativum a quo dependet quantum ad cognosci solum sequitur quod veritas que est in rebus sit magis veritas secundum quod dependet ab intellectu practico et speculativo quam secundum quod dependet solum ab intellectu speculativo. Quia vero omnes res naturales comparantur ad intellectum divinum: sicut res artificiales comparantur ad intellectum humanum. Sequitur quod res naturales respiciunt intellectum duplicem: scilicet divinum tanquam illum a quo habet esse et cognosci: et sic res naturales dicuntur vere secundum quod assequuntur formam siue similitudinem que est in intellectu divino secundum quam producuntur. et sic dicitur lapis verus que assequitur propriam lapidis naturam secundum preceptionem intellectus divini. Respicunt etiam intellectum creatum speculativum: et sic secundario dicuntur vere: quia nate sunt facere veram estimationem de se et intellectum sibi conformare et adequare sicut sunt quantum ad affirmationem: vel sicut non sunt quantum ad negationem: et sic aurum dicitur verum quod est aptum facere rectam estimationem in intellectu quantum ad reale et veram naturam auri quam habet. Et per oppositum auricalcum dicitur aurum falsum. Res etiam artificiales dicuntur vere per comparationem ad intellectum practicum a quo dependet quantum ad esse in quantum assequuntur esse secundum formam preconceptam in intellectu artificis. Res igitur artificiales comparantur ad intellectum practicum a quo dependent sicut res naturales ad intellectum divinum a quo dependet quantum ad suum esse. Et

## De transcendētibus Fo. XXIII

parantur autem ad intellectum speculativum alterius a quo non dependent nisi quantum ad cognosci sicut dependet res naturales a nostro intellectu speculativo. Et de tali rerum varietate que est rerum entitas ad intellectum comparata vel speculativum vel practicum. dicit Augustinus libro soliloquiorum. Quod verum est id quod est. Et in libro de vera religione. Veritas est summa similitudo principii sine ulla dissimilitudine. Et Avicenna dicit quod veritas uniuscuiusque rei est proprietas sui esse quod stabilitum est ei. Veritas autem intellectus dicitur secundum quod ipse intellectus adequat ipsi rei per apprehensionem suam secundum ea que apprehendit de re sibi in omnibus conformi: vel affirmando ea que rei conveniunt quantum ad intellectum componentem et affirmativum: vel negando ea que rei non conveniunt quantum ad intellectum dividendum et negativum. Et quia conformitas rei ad intellectum: et intellectus ad rem prestat in apprehensione intellectus. Idcirco ratio veritatis primo consistit in intellectu: et secundario ex hoc dicit res vera: et ex hoc dicit Philosophus. vi. metaphisice: quod bonum et malum sunt in rebus. verum autem et falsum sunt in intellectu. Et sic diffinitur veritas ab Augustino in libro de vera religione. Veritas est qua ostendit id quod est. Et Hilarius. Verum est determinativum et manifestativum esse. Et Isaac in libro de diffinitionibus. Veritas est adequatio rerum et intellectus: quia ratio veritatis per se inveniuntur in intellectu. Idcirco etiam per hoc incipit proprie esse in intellectu per quod habet aliquid proprium intellectus respectu rei apprehense. Hoc autem est iudicium de re apprehensa. hoc autem est proprie intellectus componentis et dividens. Et quia veritas est in intellectu quando de re affirmatur per iudicium intellectus quod est: vel negat quod non est. inde est quod veritas est proprie in intellectu componente et dividente. in quo est perfecta adequatio rei et intellectus. Quia vero in propria operatione intellectus est aliqua conformitas et adequatio



licet imperfecta. Idcirco etiam in p̄ma operatione intellectus secundario dicitur verum et falsum: et eadē rone in sensu quando res sensibilis nata est adequari sensui s̄ id quod est. Ex quo etiam per similitudinē tractum est nomen verum ad hominē qui facit verā estimationē de se vel de alijs per ea que dicit vel facit. unde de tali consuevit dici quod verus sit: et per oppositū quod sit falsus: et hoc per quādam similitudinē. Unde et circa hoc ponit Philosophus quādam virtutem. i. ethicorū: quā vocat veritatē. Ex quo patet quod verum per p̄as dicitur de secūda operatione intellectus: in qua est compositio et diuisio: et ibi proprie et p̄mario est veritas et falsitas. Secūdo autē tractum est ratiōe cuiusdā conformitatis et adequatiōis: que aliqualis in alijs inuenit ad p̄mam operationē intellectus et ad operationē sensitiuam et ultra usque ad hominē et facta humana: s̄m quod est nata facere veram estimationē per ea quod dicuntur vel fiunt. Quia vero voces sunt signa intellectionū. idcirco veritas ponitur in oratione sicut in signo: quod est signū et significatiū veritatis quod est in intellectu cauata a re de qua dicit Philosophus in p̄ditāmetis. Quod ab eo quod res est vel non est dicitur oratio vera vel falsa. i. per h̄rmenias.

¶ Quomodo se habent predictę quattuor veritates ad inuicem. Capitulum. XXV.

¶ dictis patet quod diuina veritas ab aliquo non dependet sed omnia alia ab ipsa dependet et ipsa est mēsurā omnia alterius veritatis: et a nullo mēsurat. Veritas autē rerū naturalium dependet ab intellectu diuino et est mēsurata ab eo: sic omnes res naturales sunt in intellectu diuino et omnia creata: sicut sunt artificialia in mente artificis. Veritas autē rerū naturalium mēsurat veritatem intellectus creati. Unde res naturalis inter duos intellectus constituta est mēsurans et mēsurata:

ta: sed intellectus speculatiuus non mēsurat res naturales sed practicus mēsurat veritatē rerū artificialium: unde veritas intellectus speculatiui est mēsurata a veritate rei. Veritas autē orationis est mēsurata a veritate rei: et a veritate intellectus cuius est signū: et ideo veritas intellectus est mēsurata a veritate rei: et per consequens dependet ab ea: sed veritas orationis dependet a veritate intellectus. et ideo mēsuratur ab ea. Diuina igitur veritas est mēsurans non mēsurata. Veritas autem rerū naturalium et veritas intellectus quelibet diuersimode est mēsurans et mēsurata. Veritas autem propositionis est mēsurata non mēsurans.

¶ Quomodo se habet veritas vel verum transcēdēs ad quattuor predicta. Capitulum. XXVI.

¶ Sicut autem animal abstrahitur ab homine capra leone et boue et est quid cōmune ad ea. Ita etiā veritas et verum quod est unū de transcendentibus est cōmune istis veritatibus. Et ipsum verū transcēdēs est cōmune et dicitur de omnibus. unde deus est ens verum: res quelibet est ens verum et intellectus est verus: propositio est vera: suis modis unū quodque est verum. Veritas autē super quālibet rem verā non addit nisi ordinē ad intellectum. et ideo etiam verum non addit supra ens nisi conformitatem ad intellectum. Multa dicuntur talia circa veritatem et verū que hic explicanda non sunt.

¶ De sexto transcēdēte quod est bonum et p̄mo quod est quadruplex bonitas. Capitulum. XXVII.

¶ Hinc dicendum est de sexto transcēdēte quod est bonum. Circa quod notandum est quod bonitas nihil addit supra entitatem nisi



## Tractatus II

solum ordinē ad appetitū: sicut veritas ordinē ad intellectum. Est autē quadruplex bonitas: cuius distinctio sic patet. Nam est quādam bonitas eēntialis et substantialis: et talē bonitatem habēt omnia entia in quātum habēt substantiam et naturā: et hec bonitas nihil aliud est quā substantialis eēntitas. Alia autē est bonitas accidentalis et superaddita. Hec autē est triplex: quā est quēdam bonitas accidentalis et superaddita: que habet bonitatē in esse nature sicut ambulatio ad ecclesiam sine claudicatioē est habens bonitatem nature que superadditur ambulati. Alia est bonitas moralis que superadditur bonitati nature: ut ire ad ecclesiam ad audiendum missam: habet propter bonitatem nature qua graditur non claudicando: bonitate moris qua vadit ad audiendum missam. Si autē iret claudicando: actus ambulationis haberet malū nature: et iuraret ad furadum habere malum moris et eēt ambulatio mala malo moris. Est autē tertia bonitas accidentalis superaddita omnibus istis que est gratuita et meritoria: ut si aliquis vadit recto gressu ad ecclesiam ut audiat missam in statu charitatis existēs. talis actus est bonus bonitate nature: bonitate moris: et gratuita et meritoria. Et iste tres bonitates sunt superaddite bonitati eēntiali ipsius ambulationis.

**¶** Quō bonum transcendēs se habet ad quodlibet particulare bonum. Capitulum. XXVIII.

**S**ecundo videndū est quomodo bonum transcendens se habeat ad quodlibet particulare bonū: et bonitas transcendens ad quālibet particularem bonitatē. Ad quod dicendū est quod sicut verū transcendēs abstrahit a quolibet particulari vero. ita et bonum transcendēs abstrahit a quolibet particulari bono: et ipsum de quolibet bono dicit. Sicut autē veritas super rem naturalem verū non addit nisi ordinem ad intellectū:

## De predicamentis in gērali. Fo. XXV

ita bonitas substantialis super rem que est bona substantia: liter non addit nisi ordinem ad appetitum. Bonitas tamen accidentalis bene addit aliquid supra bonitatē substantialem quia perfectionem quādam. Et ita etiam bonum quod cum ente conuertitur non addit supra ens nisi conuenientiam ad appetitum.

**¶** De nominibus decem predicamentorum et eorum que pertinent ad ipsa. Capitulum. XXIX.

**¶** Est quod dictus est de nominibus prime intentionis quibus exprimitur modus generalis consequēs omne ens. quē modum exprimunt omnia transcendētia. Hunc dicēdus est de nominibus prime intentionis quibus exprimuntur speciales modi essendi entium realium. que nomina dicuntur de illis que conueniunt omni enti creato. et vocantur a logicis de cetero rerum genera siue decem predicamenta. que continent sic speciales modos essendi rerum quod nullus modus essendi in re aliqua inuenitur qui non pertineat ab aliquo istorum. Nec est alius qui istorum aliquē pertineat nisi omnibus istis modis pueniat ut dictus est de transcendētibus. Circa ista sic procedendum est. quod primo ponitur simul eorum significatia: differentia et sufficientia. Deinde secundo descendit ad quēdam nomina que pueniunt proprie predicamento substantie. et suo modo predicamentis nouē accidentium. et sic sunt omnibus predicamentis cōmunia. Tertio autē veniēti ad quodlibet in speciali ut de quodlibet aliquid declaratur quod presens tractatus requirit. de illis etiā que pertinetur ab eis et de quibus predicant ipsa. Quarto dicitur de quibusdam que consequuntur predicamenta vel omnia vel plura. que ab aliquibus post predicamenta dicuntur. Quātum autem ad primum primo ponetur sufficientia: differentia: significantia extensius. Secundo concludetur sub breuibus.



## Tractatus II

Numerus et distinctio ac noticia predicamentorum.  
Capitulum. XXX

Tantum ad primum ponenda est

q sufficiencia: differentia: et significantia simul  
nominum decem predicamentorum que sunt: sub  
stantia: quantitas: qualitas: ratio: actio: passio:

quando: ubi: situs: habitus. hoc autem potest sic patere.  
Cum enim ut dictum est ens sit illud ad quod omnia alia  
reducuntur et omnia alia addant solum aliquem modum es  
sendi. Ens non potest descendere in hec decem predicamen  
ta per differentias formales. quia nec genus est. nec aliquid  
est quod sit extra intellectum entis. sed descendit per diuer  
sos modos essendi quos ipsa nomina exprimunt ipsorum  
decem generum. Substantia autem non addit super ens aliquam  
naturam superadditam enti. sed solum aliquem speciale  
modum essendi scilicet per se et in se ens. Accidentis etiam  
est ens per aliud et in alio scilicet in substantia. et sic ex om  
nibus nominibus decem generum accipiuntur diuersi mo  
di essendi et exprimentur. a quibus modis essendi secundum lo  
gicos sumuntur diuersi modi predicandi. Omne ergo ens  
vel habet modum essendi per se et non in alio. et hunc mo  
dum exprimit hoc nomen substantia. que est primum et  
perfectissimum genus entium. Vel habet modum essen  
di in alio scilicet in substantia. et sic generaliter exprimit hoc  
nomen accidentis. quod non facit speciale predicamen  
tum. sed secundum quod modus essendi in alio inuenitur nouem  
modis. sic exprimitur nouem nominibus. nouem genera  
et predicamenta accidentium significantibus. que sic distin  
guuntur. Accidentis quod habet esse in alio scilicet in sub  
stantia. habet esse in substantia per aliquid quod est in ea  
vel per aliquid aliud quod est extra substantiam. sed ta  
men est applicabile substantie vel substantia est applicabi

## De predicamentis in generali. Fo. XXVI

lis ei. Si primo modo hoc fiat scilicet quod accidens sit in substan  
tia per aliquid quod est in ea. hoc potest esse dupliciter.  
Uno modo quod sit per aliquid quod sit in substantia abso  
lute. Et hoc dupliciter: quia vel per materiam. et talem mo  
dum essendi exprimit hoc nomen quantitas que dicit modum  
essendi accidentis in alio: scilicet in substantia per aliquid quod  
est in ea ex parte materie. vel per formam: et hoc exprimit  
hoc nomen qualitas: qualitas enim dicit modum essendi ac  
cidentis in alio scilicet in substantia ex parte forme: sicut quanti  
tas ex parte materie. Alio modo potest esse accidens in  
substantia per aliquid quod est in ea non absolute: sed in com  
paratione ad aliud et respectiue: et talem modum essendi  
accidentis exprimit hoc nomen ratio: quod significat si  
militudinem: sicut Sortes dicitur similis per albedinem que  
est in eo non absolute: sed in comparatione ad albedinem que  
est in Platone. Et etiam hic modus essendi exprimitur per has  
duas dictiones ad aliquid: tamen nomine ad aliquid potest signifi  
cari ipsa ratio et ipsa relatio que ad aliquid sunt. De re  
bus autem significatis per hec quattuor nomina predicta videli  
cet substantiam: quantitatem: qualitatem: relationem: determinat  
Aristo. in lib. primo. Sed quid significant et que res sunt  
significate per ea: ostendit. v. metaphis. Si autem accidens  
sit in substantia per aliquid quod est extra ipsam cui est  
subiectum applicabile vel substantia: hoc potest esse tripli  
citer. Primo quia substantia vel subiectum accidentis po  
test comparari ad aliquid extra: sicut habes ad habitum.  
ut homo habet vestitum. et sic sumitur predicamentum ha  
bitus: quia talis modus essendi exprimitur hoc nomine  
habitus vel habere. Ex applicatione enim talis rei extrin  
sece causatur tale habere. unde auctor sex principiorum dicit  
quod habitus est corporis et eorum que circa corpus sunt adiacentia.  
Secundo modo potest comparari subiectum ad aliquid ex  
tra: in comparatione agentis ad patientem: vel patientis ad agentem.



## Tractatus II

Si cōparet̄ subiectū ad aliquid extra qđ est aptū natum agere in ipm̄ sic talis modus essendi exprimit̄ hoc nomine passio vñ in sex p̄ncipijs dicit̄ qđ passio est effect⁹ illatioq; actionis. Si aut̄ cōparetur subiectū ad aliquid extra qđ est aptū natum pati ab eo: sic dicitur actio inesse subiecto. Et talis modus essendi accidentis exprimitur hoc nomine actio. vnde in p̄dicto libro dicit̄. qđ Actio est scđm̄ quā in id qđ subicitur agere dicimur. Licet aut̄ actio ⁊ passio sint vnus motus: faciunt tñ duo predicamenta: q̄a mot⁹ prout est ab hoc scz ab agente est actio. put est in hoc: scz in patiente: sic est passio. Tertio pōt comparari subiectū ad aliquid extra: sicut mēsuratum ad mēsuram. ⁊ hoc dupliciter: q̄a duplex est mensura extrinseca. vna fluēs: vt tempus. Si ergo accidēs sit in substantia p̄ applicationē eius ad tempus. sic talis modus essendi exprimitur hoc noīe quando qđ est alterum p̄dicamentum. Quñ enim nihil aliud est qđ esse in tpe vel esse temporale qđ est in re tēporali per applicatōē eius ad tempus. vnde dicit auctor sex p̄ncipior̄. qđ quando est illud quod ex adiacentia tēporis relinq̄tur in re tēporali. Alia est mensura rei extrinseca manens scz locus. Si ergo accidens sit in substantia per applicatōem eius ad locum. hoc est dupliciter. Vno modo absolute ⁊ sic talis modus essendi accidentis exprimitur hoc nomine vbi. vnde auctor sex p̄ncipiorum dicit: qđ vbi est circūscriptio corporis: a loci circūscriptione p̄cedens. Vel hoc erit in relatione ad partes locati ⁊ sic talis modus essendi accidentis exprimitur hoc nomine positio. vnde positio est quidam situs ⁊ quedam ordinatio partium totius locati in loco. De istis autem sex vltimis nominibus ⁊ rebus significatis per ipsa. determinatur in libro sex p̄ncipiorum qui est supplementum libri predicamentorum.

**D**ifferentia inter sex transcendentia ⁊ decem p̄dicamē

De predicamētis in gñali. Fo. XXVII  
ta ⁊ bimēbris reductio eorum. Capitulum. XXXI

**I**stis potest breuiter colligi differētia horum decem nominum ad sex prima que transcendentia dicuntur: quia sex prima expriment modum essendi qui seq̄tur generaliter omne ens. Ista autem decem expriment modum essendi specialium entium. Prima dicuntur sex transcendentia: hec dicuntur decem rerum principia siue decem rerum genera. Quorum breuis est hec differētia. Quia nomine substantie exprimitur ens. cuius modus essendi est esse p̄ se ⁊ non in alio. Nominē accidentis exprimitur ens cuius modus essendi est esse in alio. sed differenter in diuersis. Quia q̄titas significat ens cuius modus essendi est esse in alio ratōe materie q̄ est in eo. Qualitas est ens cuius modus essendi est esse in alio eodem modo. sed ratione forme. Relatio vlt̄ ad aliquid dicit ens cui⁹ modus essendi est esse in alio ex aliquo in eo existēte in respectu ad alterum. Habitus ē ens cuius modus essendi ē esse in alio. ex aliquo extra ipsum. qđ comparatur ad ipsum subiectum suum. sicut habitum ad habēs. Actio dicit ens cuius modus eēndi ē eē in alio propter aliud quod comparatur ad ipm̄. vt agēs ad patiēs. Passio autem dicit ens cuius modus essendi est eē in alio propter aliud quod est extra illud quod cōparatur ad illud sicut patiēs ad agēs. Quando vero dicit ens cuius modus essendi ē eē in alio propter aliud quod ē extra illud quod comparatur ad ipsum sicut mēsurā extrinseca fluens quam nos vocamus tempus. Vbi dicit ens cuius modus essendi est eē in alio propter aliquid quod est extra ipsum: quod applicatur illi sicut mensura extrinseca manēs absolute: quaz nos vocamus locum. Positio autē dicit ens cuius modus essendi est esse in alio: propter aliquid extrinsecum sibi quod

o in



## Tractatus II

applicatur illi. sicut mensura extrinseca manens non absolute. quam nos vocamus locum. non absolute sed in respectu ad partes locati. et per ordinem partium locati. quia positio non addit supra ubi nisi ordinem partium locati ad locum. hec autem positio aliquando vocatur alio nomine scilicet situs. Patet ergo deesse nomen predicamentorum. significantia: differentia: et sufficientia. Et sic habemus secundum quod fuerat declarandum.

**¶ De significatione et differentia istorum nominum quattuor: substantia: natura: essentia: quidditas. Cap. XXXII**

**¶ Hinc dicendum est de nominibus prime**

**n** impositionis et intentionis. que secundum propriam significationem et acceptionem primariam dicuntur et inveniuntur in genere substantie.

Sed ex consequenti et ex quadam similitudine inveniuntur in aliis omnibus generibus accidentium. Et sunt quattuor scilicet substantia: natura: essentia et quidditas. Sicut enim animal est de substantia: de natura: de essentia: et de quidditate hominis. ita color est de substantia: de natura: de essentia: et de quidditate albedinis. Et ita inveniuntur in aliis predicamentis dicentibus. sicut in primo qualitatis. Dicendum est ergo de quolibet in speciali primo. Et secundo ponent differentia inter ipsa. Dicendum est autem primo de istis quia sunt magis composita. et magis composita procedunt in cognitione ut dicitur primo philosophorum.

**¶ Quot modis dicitur hoc nomen substantia. Ca. XXXIII**

**¶ Substantia autem dicitur dupliciter.**

**s** Uno modo dicitur substantia illud quod significatur per definitionem. secundum quod dicimus. quod definitio significat substantiam rei. quam quidem greci versus dicunt. quam nos essentiam dicimus. Et sic cum in generibus accidentium res definiatur ut in genere substantie: tamen ipsa accidentia non ita proprie definiuntur. quia illa definiuntur per addimenta. Item etiam cum sunt equaliter non tante realitatis

## De predicamento substantie §. XXVIII

et nobilitatis sicut ea que sunt in genere substantie oportet ponere quod nomen substantie proveniat et illis de genere substantie. et illis de genere accidentium tamen isto modo accipiendo substantiam. invenitur quod substantia quedam nobiliori modo dicitur de eis que definiuntur in genere substantie et inveniunt etiam suo modo dici de his que definiuntur in genere accidentium. Et hic et ibi significat illud quod per definitionem importatur. Alio modo accipitur substantia per substantiam vel per supposito subsistentie in genere substantie. et hec vocatur prima substantia in libro primo. ut for. est hic lapis. Et hec duplex acceptio substantie ponitur. v. metaph. ca. de substantia. Tertium modum acceptiois substantie ponit philosophus in libro primo. per illa que subsistunt in primis substantiis et de primis substantiis dicuntur. ut homo et animal. Et quia suppositum in genere subest materiale componitur ex materia et forma. ideo etiam materiam substantiam dicimus et formam sicut. Sed quia materia et forma cum sint partes non sunt in genere proprie sed per reductionem: ideo etiam nec est versus propria hec predicatio. materia vel forma est substantia: sed hec materia et forma sunt de substantia compositi rei. Et hec etiam substantie acceptio ponitur. v. metaph. Et isto duplici modo dicitur subest de his que pertinent ad genus subest precise et non de aliquo genere accidentium. primo autem modo subest dicta est composita substantie et accidenti. De substantia autem plus infra dicitur.

**¶ Quot modis dicitur hoc nomen natura. Ca. XXXIII**

**¶** Nomen autem nature secundum philosophum. v. metaph. primo impositum est ad significandum generationem viventium que dicitur natiuitas. Et quia huiusmodi generatio est a principio intrinseco: extensum est hoc nomen ad significandum principium intrinsecum cuiuscumque motus. Et sic definitur. n. philosophorum. Natura est principium motus et quietis eius in quo etc. Et quia huiusmodi principium est formale vel materiale: ideo communiter tam materia quam forma dicitur natura



## Tractatus II

ra. et quocumque istorum modorum accipiatur: solum conuenit proprie his que sunt in genere substantie. Et quia per formam completur esse uniuscuiusque rei: uenienter uniuscuiusque rei essentia quam significat diffinitio vocatur natura. Et sic Boetius in libro de duabus naturis diffinit naturam dicens Natura est unumquodque informans specifica differentia. Et quia genus species et differentia et diffinitio datur de his que sunt in genere substantie et in generibus accidentium: ideo hoc modo natura dicitur de substantia et de accidente.

Quot modis dicitur hoc nomen essentia: et quid significat et quomodo comparatur ad alia. Capitulum XXXV

**O**men autem essentie importat aliquid in ordine ad esse. Et ideo quia essentia est illud in qua et per quod ens habet esse: ideo substantia et natura rei per quam res habet esse

dicitur essentia. Et quia tam substantia quam accidentis habet esse substantie nobiliter habeat esse accidente: ideo essentia etiam dicitur de substantia per prius et de accidente per posterius.

Quot modis dicitur: et quid significat hoc nomen quidditas. Capitulum XXXVI

**O**men vero quidditatis sumitur ab essentia. Quia enim illud per quod constituitur res in proprio genere vel specie: est hoc quod significat per differentias indicantes quod est res:

inde est quod nomen essentie a philosophis mutatum est in nomen quidditatis. Et inde est etiam quod philosophus diffinitionem et essentiam rei sepe nominat: quod quid erat esse rei. ut patet libro VII. metaphisicorum. Et est etiam alia causa: quia ad questionem factam per quid est res: uenienter respondetur de essentia: ut quid est homo: respondetur animal rationale. Sic autem accipiendo quidditatem patet quod conuenit substantie et accidentibus eo modo quo dictum est de essentia.

## De transcendentibus. Fo. XIX

Quomodo sunt idem realiter et differunt ratione: substantia: natura: essentia: quidditas. Capitulum XXXVII.

**E**t tertio ex istis quomodo se habent ad inuicem hec quattuor nomina: substantia natura essentia quidditas. Et quia in quantum sunt communia substantie et accidenti: conueniunt in uno

scilicet quod hec quattuor nomina significant unum realiter. scilicet illud quod per diffinitionem importat. Differunt autem: quia alia et alia ratione hoc significant: quia substantia hoc significat in quantum ex hoc tota natura: et integraliter. Et per oppositum quicquid est extra naturam rei accidens dicitur. Natura autem idem significat in comparatione rei ad intellectum quia natura rei non est intelligibilis nisi per diffinitionem: et ideo dicitur natura in quantum capi potest ab intellectu. Essentia autem hoc idem significat per comparisonem ad esse. Quidditas vero in quantum per diffinitionem significat vel indicatur: uel in quantum ad questionem factam per quod uenienter respondetur per ipsam diffinitionem. in quantum autem ista diuisim accipiuntur in substantia et accidente aliter et aliter sumuntur: ut in sequentibus patebit.

De nominibus pertinentibus ad genus substantie: et quod substantia dicitur de materia: forma et toto composito. Capitulum XXXVIII.

**U**nc tertio restat dicendum de singulis predicamentis et primo de substantia: circa quam primo dicendum est de nominibus que conueniunt rebus de genere substantie solum: uel si conueniunt ge-

neri substantie et accidentium. dicendum est de eis quantum ad illud quod habet proprium in substantia. Et circa hoc primo dicendum est de hoc nomine substantia: quoties et de quibus dicitur. Secundo de alijs nominibus pertinentibus ad ea que sunt in genere substantie. Quantum autem ad primum. primo dicendum est de hoc nomine substantia. Secundo de alijs nominibus una cum substantia: que aliquo modo sunt idem realiter cum substantia sed differant ratione: que spalem habent difficultatem ut

*Quo Inq. reg. sic  
et in D. na. logica  
et inq. sic. Soc. ad  
mag. in phil. n. de*

*et inq. sic. Soc. ad  
mag. in phil. n. de  
et inq. sic. Soc. ad  
mag. in phil. n. de*



## Tractatus II

patebit. Sciendū est autē q̄ fm Boecium sup p̄nta. Substantia dicit̄ tripliciter: scz de materia: vt corpus humanū est substantia de forma: vt aīa rōnalis est substantia. De cōposito: vt hō est substantia. Hic autē accipio cōpositū: nō o lum pro cōposito subsistēte vbi est p̄positū materie ⁊ forme: s; p cōposito subsistēte qd̄ non est cōpositū ex materia ⁊ forma: sed ex eē ⁊ eēntia: vel actu ⁊ potētia: vī qd̄ est ⁊ quo est: qualis cōpositio est in angelis q̄ sunt in gñe substantie. Quia hō materia: forma: ⁊ cōpositū multipl̄r dicūtur: ad p̄positum est qd̄libet distinguēdū. Et p̄mo de materia. Scdo de forma. Tertio de cōposito.

**Quot modis dicit̄ materia. Capitulum. XXXIX**

timorē homo a deo auertitur peccādo: et dicit talis timor humanus vel mundanus. Mundanus quidem in quantum respicit res exteriores temporales: ut diuitias et honorem. humanus in quantum respicit penas particulares ut verbera. Et autem alterius rationis sunt bona temporalia exteriora et particularia. tamen quia eadem ratione a deo auertimur per utrumque timorē. ideo utrumque cadit sub vno membro timoris quo. scilicet a deo auertimur. Aliqua pena est pro cuius vitatōe peccatum omittit sicut pena que erit post hanc vitam: et per hunc timorem ad deum auertimur a peccato resiliendo: et hanc penam respicit timor qui dicitur seruilis qui pro tanto dicitur seruilis quia peccatum sic dimittit non libera voluntate sed coacto timore qui dicitur seruilis. vnde seruilitas non intrat essentiam huius timoris sed est denotatio ab extrinseco et ab effectu. Si autem homo auertatur ad deum et fugiat utrumque malum tam culpe quam pene sic vocatur timor initialis: quia initium est timoris filialis. Sic igitur per timoris distinctio.

**¶** Quis predictorum timorum est bonus et quis malus. *Ca. CXXV*

**¶** Secundo dicendum est quis istorum timorum sit donum. Et dicendum quod timor humanus et mundanus nullo modo est bonus: nec habet rationem doni: quia in tali committit peccatum: sed talis timor vel est passio vel electio similis passioni vel habitus. secundum quod aliqui habitus nomine passionis vel operationis nominantur. Timor autem seruilis bonus est sed non perfecte nec habet rationem doni quia omnis virtuosus operatur gratia boni vel ut turpe vitetur. Timor autem seruilis non operatur gratia boni nec propter fugam turpis sed propter fugam tristici. Et ideo est materialiter bonus sed non formaliter. Timor autem castus et filialis est bonus et perfectus simpliciter. et est donum spiritus sancti: quia facit abstinere a malo timens illud inconueniens quod est separtio anime a deo. Timor autem initialis bonus est sed non a deo ut filialis et habet rationem doni ex ea parte qua participat aliquid de filiali. Non autem est

## De prima specie qualitatis *So. LXXIX*

ex ea parte que participat aliquid de seruilis.

**¶** Quis predictorum timorum est a spiritu sancto et qualiter. *Ca. CXXVI*

**¶** Tertio videndum quis istorum timorum et qualiter est a spiritu sancto. Et dicendum quod quedam sunt a spiritu sancto que non sunt cum spiritu sancto ut fides informis et timor seruilis: quod quidem non est nisi propter deformitatem concomitantem. Quedam sunt a spiritu sancto et cum spiritu sancto ut charitas. et sic est a spiritu sancto timor castus siue filialis: et talis est timor initialis quantum ad illud quod cum filiali participat. Quedam vero sunt cum spiritu sancto et non a spiritu sancto ut peccatum veniale: et talis est timor mundanus vel humanus ubi solum peccatum veniale infra charitatem tali timore committitur. Quedam vero sunt non a spiritu sancto nec cum spiritu sancto ut peccatum mortale et talis est timor mundanus vel humanus ubi peccatum mortale committitur ex tali timore.

**¶** De preceptis.

*Capitulum. CXXVII*

**¶** Primo autem omnium quod precepta dantur. de actibus et ad actus virtutum ordinantur dicendum est aliquid de preceptis. Et primo dicendum est quod preceptorum alia sunt moralia: alia sunt ceremonialia alia iudicialia et quod nomine cuiuslibet importent. Secundo de preceptis moralibus que dicuntur precepta decalogi. et quot sunt et quod distinguuntur. Tertio de differentia eorum a quo inuicem et quantum ad aliquid specialia que dicuntur de eis.

**¶** Quomodo distinguuntur precepta per moralia ceremonialia iudicialia partim hoc partim illa.

**¶** Quantum ad primum sciendum quod precepta diuine legis distinguuntur per moralia: ceremonialia et iudicialia. Moraliam dicuntur illa que sunt dictata ratione naturali et que possunt esse exequenda lumine naturalis rationis. et ad hunc tenent homines tempore legis nature et legis scripture et gratie: ut honora patrem. et sic de alijs preceptis decem decalogi: et in his nullum



## Tractatus II

pōt dispensare nisi deus: nec tūc si S̄rium preciperet esset  
p̄prie dispensatio sicut quādo precepit interfectionem filij  
abrae. Genesis. xxij. Expoliationē egyptioruz filijs israel  
Exo. xi. et sumere vxorē fornicariā. Osee p̄mo. Ibi enī est  
aliqua mutatio ordinis sicut facere de nō suo suū. Et hec  
sunt decē precepta decalogi.

**Q**uid est preceptum cerimoniale.

**C**erimonialia autē dicunt̄ q̄ p̄tinent ad diuinū cul-  
tum et fuerūt ordinata ad figurandū aliq̄d futu-  
rum. sic fuit p̄ceptum Exo. xij. de imolatōe iagni  
pascalis q̄ figurabat passionē xp̄i. Hec autē cerimonialia q̄a  
non erant de dictamine rōnis naturalis nō obligabāt aū  
legem datā: sed tpe legis scripte: et qz p̄sente luce: cessat fi-  
gura et umbra. ideo tpe legis: et gratie post xp̄m cessauerūt  
Et dicit̄ qz cerimonialia fuerūt viua vsqz ad xp̄m. mortua  
in passione xp̄i. sed mortifera post diuulgationē euāgelij  
Obligabāt em̄ iudeos vsqz ad xp̄i passionē. in passione au-  
tem xp̄i soluta est obligatio. Sed post diuulgationē euā-  
gelij esset peccatū mortale illa obseruare: quia daret̄ chri-  
stus v̄turus intelligi non venisse.

**Q**uid est preceptum iudiciale.

**I**udicialia autē p̄cepta dicunt̄ que data sunt soli  
pp̄lo iudaico ad iudicia exercēda p̄sideratis con-  
ditionibz illius ppli: vt qz surat̄ ouē redderet q̄t-  
tuor. Cerimonialia ḡ et iudicialia nō erāt de dictamine rō-  
nis naturalis qz non dicit̄ rō naturalis q̄re q̄ttuor oues  
p̄ vna sunt magis reddēde q̄ tres: q̄uis sit de dictamine  
rationis qz restitutio et satisfactio faciēda sit. Et hec prece-  
pta nos modo non obligant.

**Q**ue p̄cepta sunt partim moralia et partim cerimonialia

**Q**uedā autē p̄cepta sunt partim moralia et partim ceri-  
monialia vt p̄cepta de obseruatōe sabbati: q̄d ē  
q̄tū ad h̄ morale qz ē de dictamine rōnis naturalis

## De prima specie qualitatis Fo. LXXX

vt qz sit aliq̄d tps q̄eti deputatū ad vacāduz diuis: sed qz  
dies sabbati vel dies dñica vel aliqua dies magna vna qz  
alia deputez nō est de dictamine rōnis naturalis. Et ideo  
qz determinaret̄ sabbatū fuit cerimoniale ad figurandū re-  
quiem corpis xp̄i in sepulcro. Et qz in moralibz nō cadit  
dispensatio. s̄o ecclesia non pōt dispensare v̄l ordinare quin  
in aliq̄ die deberem̄ vacare diuinis et q̄eti operū seruiliuz  
Sed qz cerimonialia cessauerūt. Idcirco ecclesia etiaz in  
illis potest ordinare. v̄n et nuuat̄ diem huius obseruan-  
tie ne videamur iudaizare a sabbato in domnicam.

**Q**ue p̄cepta sunt partim iudicialia et partim moralia.

**Q**uedā autē p̄cepta sunt partim iudicialia et partim mo-  
ralia: vt p̄ceptū de decimis dandis. hz em̄ mora-  
le hoc qd est ibi de dictamine naturalis rōnis. et  
hoc est vt aliq̄ portio a pp̄lo detur illis q̄ pro toto pp̄lo va-  
cant diuis obsequijs. sicut et qui in alijs officijs reipubl̄-  
ce pp̄lo seruiunt a populo sustentant̄. Et q̄tum ad hoc in-  
telligit̄ illud Math. viij. Dignus est oparius cibo suo. Et  
illud apli. i. Ehoz. ix. Dñs ordinauit vt q̄ euāgelijz annū-  
ciant: de euāgelio viuāt. Quātum autē ad hoc qz determi-  
netur et detur certa quota. s. nona et decima vel vndecima  
ps. nō est p̄ceptū morale qz non ē de dictamine rōnis na-  
turalis magis nona ps qz decima v̄l decima qz vndecima  
v̄l duodecima: s̄ hoc fuit iudiciale et illi soli pp̄lo dat̄ cōsi-  
derata cōueniētia ad istum pplm in quo pensata multitu-  
dine ministroz fuit necessaria talis taxatio. Et qz in his q̄  
sunt moralia non pōt ecclesia dispensare. Idcirco q̄uis ec-  
clesia fruct̄ decimarū p̄t seruitia q̄ fecerūt eccleie milites  
in aliq̄bz ptibz possit eis remittere v̄l vt ab alijs accipiāt  
p̄cedi. Non tñ pōt dare ius decimas accipiēdi nec ab isto  
iure potest aliquē eximere. Qui vero talis quota scz sub  
denario numero nō est de dictamine ratiōis nec moralis  
sed iudicialis. Idcirco potest ordinari vt decime soluant̄



## Tractatus II

sub quota duodenarij numeri vel vicenarij si multitudo vel necessitas mīstroz exposceret. possz ēt ordinari ī noue nario nūero vlt octēario ⁊ tūc tenerēt soluere ī tali quota.

**¶** Quō decime sunt de iure diuino ⁊ quomodo non.

**E**x quo p̄z q̄ decime sunt de iure diuino quātum ad aliquā p̄tem sed q̄tuz ad quotā sub denario numero sunt de iure positiuo ⁊ humano. Si enīz eēt de iure diuino ⁊ sub p̄cepto morali q̄tum ad quotas denarij. nullus saluaret trāsgressor q̄ nō solueret sub denario numero. sicut nullus saluat hui⁹ trāsgressor p̄cepti morali. Nō furtum facies. Esset autē valde graue tot mūdi p̄tes dānare q̄ sunt nō soluētes sub illa quota. In q̄bus tamē q̄uis de iure positiuo teneant dīcūt doctores eos nō damari si nō soluant vbi ecclia nō petit: q̄z videt̄ remittere nō petēdo. Ideo decipiunt̄ aliqui ex noīe quia decima a denario nomē sumpsit. ex h̄ credētes q̄ sub denario numero sunt de iure dīno. Non em̄ est h̄ necesse. pro tanto enī a denario nūero nomē sumpsit: q̄z p̄mo sub quota denarij iudiciali p̄cepto ab illo p̄to est soluta. sicut etiā am dies dīca dī sabbatū. q̄z p̄mo ista dies ad quietē ordinata fuit. Non est autē necesse q̄ nomē semp significet illud ad qd̄ p̄mo ad significādum imponit̄ imo postea extēditur ad multa vt de noīe act⁹ potētie ⁊ in alijs multis p̄z in isto tractatu vt supra patuit. Unde q̄cūqz quota etiam sub q̄dragenario numero decima nuncupat̄. Ex his p̄z q̄ sunt p̄cepta moralia: cerimonialia: iudicialia: ⁊ q̄ p̄z cerimonialia: p̄tim moralia: ⁊ p̄tim iudicialia. Non est etiā in cōueniens q̄ sicut sunt aliq̄ p̄cepta p̄tim moralia: ⁊ p̄tim iudicialia: alia partim moralia: ⁊ p̄tim cerimonialia. Sic etiā aliq̄ p̄ceptum sit p̄tim morale p̄tim iudiciale ⁊ partim cerimoniale: vt p̄cepta de decimis q̄tum ad aliquam quotā erat morale: quātū ad quotas denarij erat iudiciale illi populo cui iudiciali sub illa quota denarij numeri

## De prima specie qualitatis So. LXXXI

determinatum erat vt dīci poterat cerimoniale inq̄tum circa christum futurum aliquid figurabat. Et idēz potest dīci de p̄cepto obseruantie sabbati.

**¶** Numerus ⁊ sufficientia ac distinctio decem p̄ceptorum decalogi. Capitulum. CXXVIII

**S**ecūdo dicendum est de p̄ceptis moralib⁹ q̄ dicūtur decalogi quot sunt ⁊ quō distinguūtur. Alia em̄ q̄ sunt pure cerimonialia ⁊ pure iudicialia cessauerūt. Et dicendū q̄ ista sunt decē. ⁊ ad hoc dicuntur p̄cepta decalogi. a decas qd̄ est decē ⁊ logos qd̄ est p̄mo. q̄si p̄mo de decē. Hoz sufficientia sic p̄z. P̄cepta em̄ sūt leges ad bñ ordinādā cōitatē. Bonū autē cōitatis in duob⁹ p̄sistit ī ordinatiōe. s. bona ad p̄ncipē cōitatis ⁊ in ordinatiōe bona ad se iūicez eoz q̄ sunt p̄ciues. P̄ceptorū autē diuinorū qdā ordinant hoīem ad deū vt ad p̄ncipē cōicatis. qdā ad p̄mos vt ad p̄ciues. P̄ncipi autē tria debent̄ a subditis. s. fidelitas: reuerētia: ⁊ famulatus. Fidelitas autē in hoc p̄sistit. vt honor p̄ncipis alteri nō exhibeat̄. ⁊ ad alterū nō transferat̄. ⁊ q̄tum ad hoc datū est p̄mū p̄ceptum. Nō habebis deos alienos. Quo p̄cepto om̄e p̄nēs ad idolatriā quocunqz mō phibeēt. Reuerētia autē p̄sistit ī hoc vt nihil s̄ eū iniuriosum cōmittat̄. ⁊ q̄tū ad hoc ordinat̄ scdm̄ p̄ceptū. Nō assumes nomē dei in vanuz. Famulat⁹ autē debet p̄ncipi in recōpēsationē bñficiorū q̄ ab eo p̄cipiunt subditi. ⁊ ad hoc p̄tinet tertiu p̄ceptū. Memēto vt dies sabbati sanctifices qd̄ partim fuit morale ⁊ partim cerimoniale vt p̄m⁹ dictū est. Ad proximum autē ordinatur homo vt ad conciuem dupliciter. scilicet generaliter ⁊ specialiter. Specialiter q̄ dem q̄tum ad illos quorum modo speciali est debitor vt eis debitum reddat. cuiusmodi sunt parentes. Et ad hoc pertinet quartum p̄ceptum de honore parentum. Hoz



## Tractatus II

nostra patrem et matrem tuam. Quantum ad hoc autem quod homo ad proximum generaliter ordinatur sciendum quod habet fieri tripliciter: scilicet ut nocuumentum non inferat nec opere nec verbo nec mente. Opere autem inferatur nocuumentum proximo tripliciter. Uno modo in propriam personam contra suam consistentiam. id est personam per homicidium. Et quantum ad hoc est quintum preceptum. Non occides. Alio modo in personam coniunctam specialiter quantum ad propagationem proles. Et quantum ad hoc est sextum preceptum. Non mechaberis. mechari autem est alteri illicite misceri in quo prohibetur omnis illicitus usus vel potius abusus illorum membrorum. Tertio inferatur nocuumentum opere primo in rem exteriori possessam et quantum ad hoc est septimum preceptum. Non furtum facies. in quo prohibetur omnis tractatio rei aliene iniusto domino. Hoc uerbum autem quod ore inferatur. prohibetur per illud. Non falsum testimonium dices. Hoc uerbum autem mentis vel cordis prohibetur dupliciter. Cum enim peccatus cordis consistat in concupiscentia inordinata. Duplex autem sit concupiscentia. scilicet concupiscentia carnis et oculorum. Concupiscentia carnis prohibetur nono precepto. Non concupisces uxorem proximi tui. Concupiscentia autem oculorum respectu rerum temporalium prohibetur decimo precepto. Non concupisces rem proximi tui: non agrum nec ancillam etc. Hic autem non prohibetur ancilla per usum concubine et usum voluptatis: quia sic prohibetur prohibetio qua prohibetur concupiscentia carnis. scilicet quantum ad seruilem actum et usum utilitatis. Et sic patent decem precepta decalogi que dicuntur moralia. sufficientia et distinctio que in his uersibus comprehenduntur. Unum cole deum: nec iures uane per ipsum. Sabbata sanctifices: habeas in honore parentes Non sis occisor: fur: mechus: testis iniquus. Vicini quoque thorum: resque caueti suas.

**¶** Que sunt precepta prime tabule et que secunde tabule. CXXIX

## De prima specie qualitatis. Fo. LXXXII

**T**ertio ponende sunt quedam distinctiones istorum preceptorum quibus non unum ab uno sed plura a pluribus distinguuntur. Et sunt tres. Prima est quod horum preceptorum quedam dicuntur esse precepta prime tabule. quedam secunde tabule. Ad quod uidentur notandum est quod deus datus legem moysi in monte sinay dedit eam scriptam in tabulis lapideis ad denotandum quod quia lapis est multum impressionis retentiuus. Sic lex debebat esse cordibus hominum indelibiliter impressa. Erant autem due tabule moysi. quia lex hoc continebat duo precepta charitatis scilicet dilectionem dei et proximi ad que omnia alia reducuntur. In prima ergo tabula erant precepta de dilectione dei et erant tria superius nominata: scilicet. Non habebis deos alienos. Non assumes nomen dei tui in uanum. Memoret ut diem sabbati sanctifices. Et quia erant in prima tabula: ideo dicuntur precepta prime tabule. In secunda ergo tabula erant scripta alia septem que ordinantur ad dilectionem proximi: ideo dicuntur precepta secunde tabule. Conuenienter autem precepta de dei dilectione in prima tabula scripta sunt et de dilectione proximi in secunda: quia dei dilectio et eius precepta priora sunt dilectione proximi et eius precepto.

**¶** Differentia inter precepta affirmatiua et negatiua.

**S**ecunda distinctio de preceptis est: quod omnia sunt uel affirmatiua uel negatiua. Inter que hec est differentia. Quia precepta negatiua obligant semper ad semper. Et non furaberis: semper obligat et ad semper: quia nullo tempore nulla circumstantia adhibita licitum est furari. Sed affirmatiua que semper obligent non tamen ad semper. id est ad omne tempus et locum: sed cum debitis circumstantiis: ut honora patrem tuum non teneor honorem exhibere omni hora uel omni loco: quia sic oportet eum ubique et semper sequi: sed teneor eum honorare quando locus quam tempus quam rationabile est.

**¶** Differentia preceptorum ueteris et noue legis.



## Tractatus II

tertiam distinctio preceptorum est: quod quidam prohibet quidam cohibet. quidam manu: quidam animu: et hec est differentia doctorum que ponunt iter legem novam que prohibet manus et animu: et veterem que prohibebat manu et non animu. Ad horum autem intellectum duobus modis sunt. Primum est quod per manu hic intelligitur exterior operatio: et per animu interior. Igitur prohibere manu vel animu vel alter: est prohibere exteriori operatione mala et interiori vel alteri. Secundo intelligendum quod differunt prohibitio et cohibitio: quia prohibitio est simplex inhibitio: sed cohibitio est inhibitio cum pene comminatione et inflictione. Applicatio ad legem dicendum est quod lex veteris prohibebat manu et animu. id est interiori et exteriori operatione mala sicut patet. Non concupisces uxorem: ecce preceptum ad animu. Non furaberis: ecce preceptum ad manu. Sed non cohibebat. id est non puniebat nisi manu. Et est ratio: quia tunc se extendebat cohibitio quantum pena inflictio. Sic lex veteris non infligebat nisi penas temporales sicut nec permittebat nisi res temporales expressit: ut lex illa esset figura nove legis que supplicia eterna comminat et eterna premia permittit: ergo solum prohibebat animu. et non cohibebat. Sed nova lex prohibet et cohibet utrumque. Applicando autem ad precepta infra legem. quidam etiam prohibebant animu ut illa duo de non concupiscendo: quidam manu ut alia octo. Et horum quidam prohibebant et non cohibebant animu ut illa duo de non concupiscendo: alia autem octo prohibebant et cohibebant ipsam manu. Sic igitur patet ea que dicuntur pertinentia ad diversitatem preceptorum decalogi: et in hoc terminatur materia preceptorum: et per consequens omnia que pertinent ad materiam de prima specie qualitatis pro ut presentis operis intentio exposcebat.

De pertinentibus ad secundam speciem qualitatis. Ca. CXXX

Is prelibatis que pertinent ad primam speciem agendum est de pertinentibus ad secundam speciem qualitatis. A primo autem ponitur in principio naturalis pos

## De secunda specie qualitatis Fo. LXXXIII

tertia vel impotentia aliquid facile faciendi vel patiedi. Circa quam sic proceditur. Quia primo agitur de naturali potentia vel impotentia que ista importet. Secundo descendetur in speciali ad distinctionem potentiarum anime rationalis in homine. **¶** Quid importet nomine naturalis potentie vel impotentie: et quomodo se habeant ad invicem.

Quantum ad primum videndum est quid ista importat naturalis potentia vel impotentia et in quo etiam conveniunt et differunt. Circa quod suppositis dictis circa potentiam superius in materia de ente notandum quod ista non inveniuntur in eodem respectu eiusdem: et ideo sub conjunctione disiunctiva dantur et ponuntur et non sub copulativa. Est autem naturalis potentia vel impotentia quidam qualitas in substantialibus principis radicata: que totum constitutum et perfectum consequitur secundum quam qualis. id est potentes vel impotentes dicimur: sed diversimode. quia dicimur quales. id est potentes ad facile faciendum et non contraria patiedum quantum ad naturalem potentiam. Sed dicimur impotentes ad non facile faciendum et ad facile patiedum secundum naturalem impotentiam. Et hec est prima differentia inter naturalem potentiam vel impotentiam. Secunda autem differentia est quia quoniam talis potentia causatur ex victoria forme super materiam que forma perfecte terminat materiam et re terminata et per hoc resistit fortiter contrariis alterationibus: tunc vocatur potentia naturalis: sed ab illo naturalis est et ab alio potentia. Naturalis quidem quia in principis naturalibus radicata est potentia vero que est vigor forme supra materiam. Quoniam vero per oppositum impotentia causatur ex victoria materie super formam et ex contraria dispositione predominante in materia que contrariatur forme: ita quod forma non potest terminare totam materiam nec comprehendit: et ideo diminuitur vigor eius et actio naturalis et facile vincitur et patitur a contrariis: tunc dicitur impotentia naturalis. Quoniam hic naturalis potentia ut de ea loquimur dicitur per tanto naturalis: non quod



## Tractatus II

natura huius defectus sit principium: sed quia natura impeditur  
contrariis dispositionibus nec ad tale vigor valeat pervenire:  
et sic quantum ad naturalem potentiam alii sunt bene dispositi ad  
currendum: ut qui habent longa crura et agilia et vigorosa: dicuntur  
habere naturalem potentiam ad currendum et cursores dici possunt.  
Qui autem habent crura brevia tarda grossa et vigore deficientia  
vel habentes podagram vel guttam in pedibus dicuntur habere natu-  
ralem impotentiam ad currendum. Et ideo de cursore Aristoteles in primis  
exemplificat et de pugillatore: et sic patet tria breviter in quo  
conveniunt: in quo differunt: a quo originem trahunt naturalis  
potentia vel impotentia put sunt secunda species qualitatis. Ete-  
ra que dicuntur de potentia ut ad hunc tractatum pertinet patet su-  
perius ubi agitur de divisione entis in actum et potentiam.

De potentis anime: et primo quod oportet ponere plures potentes  
tias anime in homine.

Capitulum CXXXI

Alia vero de potentis anime sepius

me occurrit primo in theologica facultate phi-  
sica: tractabimus de eisdem. Ipse autem potentie anime  
naturales sunt in hac secunda specie qualitatis: id-

circo hic inferere nota potentiarum anime et distinctionem ipsarum  
potentiarum dignum iudicavi: ubi tria consideranda occurrunt.  
Primo quod oportet ponere potentiarum pluralitatem in anima nostra  
quod sic patet: secundum eam philosophum in nono celi et mundi. Rex talis est gra-  
dus quia quedam res sunt que possunt consequi potentiam perfectam so-  
lus: et hanc paucis motibus: et hec tenent infimum gradum in enti-  
bus: alia his superiora consequuntur perfectam bonitatem. Sed  
multis motibus et hec tenent secundum gradum. Alia his superio-  
ra sunt que adipiscuntur perfectam bonitatem et paucis motibus  
et hec sunt perfectiora et tenent tertium gradum. Quartus autem  
gradus est quod aliquid absque aliquo motu perfectam bonitatem  
possidet: et iste est summus et supremus. Datur exemplum istor-  
um quattuor graduum. Aliquis enim potest tenere infi-

## De secunda specie qualitatis §o. LXXXIII

imum gradum bone dispositionis instantum quod non potest consequi per-  
fectam sanitatem: sed modicam consequitur paucis remediis.  
Aliquis autem melius dispositus potest consequi perfectam sa-  
nitatem sed multis remediis. Aliquis autem adipiscitur per-  
fectam sanitatem remediis paucis. Aliquis autem perfe-  
ctam possidet sanitatem sine aliquo auxilio vel remedio.  
Applicando ergo ad propositum dicendum est quod ipsa entia in-  
feriora homine consequuntur quandam imperfectam bonitatem et  
paucis motibus: et ideo paucas et illas determinatas habent  
potentias: et per consequens operationes paucas: et ista tenent infe-  
riorem gradum. Homo autem est gradus superioris et secundi:  
quia consequitur perfectam bonitatem scilicet beatitudinem sed  
multis motibus: est tamen in infimo gradu istorum entium quibus  
competit beatitudo. Et ideo multis et diversis operationibus in-  
diget: et per consequens diversis potentis ad illas operationes.  
Angeli vero sunt in sublimiori gradu que adipiscuntur ipsam  
beatitudinem paucis motibus: et ideo paucioribus potentis inde-  
gent. scilicet intellectu et voluntate. Deus autem supremum gradum  
tenet omnium entium: qui absque quocumque motu perfectam beati-  
tudinem possidet: et ideo in deo non est virtus vel potentia que  
differat a sua essentia. Et ita patet quod homo indiget pluri-  
bus virtutibus et potentis anime quas oportet in eo pone-  
re que sunt tanquam quedam auxilia quedam organa et quedam  
instrumenta suarum operationum.

Quomodo et qualiter omnes potentie anime pertinent ad  
aiam vegetativam sensitivam et intellectivam. Cap. CXXXII

Secundo videndum est que sunt ille potentie  
in genere: et ad que reducuntur. Et dicendum est quod omne perfectum  
pertinet nobilitates cuiuslibet imperfecti eiusdem generis  
et eminentius: sicut deus que est perfectissimum quod in genere entium  
continet omnes perfectiones aliorum entium que sunt imperfecta re-  
spectu eius et eminentius. Tres autem anime posite in genere. scilicet ve-



## Tractatus II

getatiua q̄ p̄tinet primū et infimū gradū: que ē herbarum et plantarum. Sc̄da ē sensitua q̄ est animalium q̄ tenet sc̄dm gradus: et est vegetatiua superior et perfectior. Tertia ē rōnalis q̄ tenet tertium et sup̄mū gradū: et ē hoīum solū et hec est alius duabus perfectior et sup̄ma simplr. Sic ergo ē ordo inter istas qz quicquid hz perfectiois aīa vegetatiua: totum illud hz aīa sensitua eminet et ultra. Et quicquid hz perfectiois aīa vegetatiua et sensitua: totum hz aīa rōnalis eminet et ultra: qz sensitua p̄tinet virtutē vegetatiuā: et rōnalis utriusq̄. Et hoc expresse dicit Arist. η. de aīa. ponēs exemplū q̄ sicut tetragonū p̄tinet trigonū. i. figura quatuor angulorū p̄tinet figurā triū angulorū. Et sicut p̄tagonū. i. figura quinque angulorū p̄tinet tetragonū et trigonū. Ita rōnalis aīa p̄tinet vegetatiuā et sensitua. Igitur in hoīe ē vegetatiua sensitua et rōnalis: et nō q̄ sint tres distincte in eo aīe: s̄z vna p̄tinet virtutē alias duas: sc̄z rōnalis p̄tinet vegetatiuā et sensitua: sicut p̄tagonū p̄tinet tetragonum et trigonū. Quia ergo aīa rōnalis p̄tinet virtutē alias: oportet q̄ virtutes et potentias alias habeat sicut tā vegetatiue q̄ sensitue. Et ideo oēs potētie aīe vlt̄ p̄tinet ad aīam vegetatiuā q̄ p̄ueniūt aīe rōnali in quōtū p̄tinet vegetatiuā vlt̄ ad aīam sensitua que sibi p̄ueniūt in quōtum p̄tinet sensitua vel pertinet ad aīam rōnalem q̄ sunt sibi p̄prie et sibi conueniūt in quōtum est rōnalis. Et ita in genere omnes potētie reducuntur ad tres modos: quia vel respiciūt vegetatiuam vlt̄ sensitua vlt̄ rōnalem.

**¶** Quomodo omnes potentie reducuntur ad quattuor genera potētiarū: qz vlt̄ sunt vegetatiue vlt̄ apprehēsiue vlt̄ motiue vlt̄ motus executiue. **Capitulum. CXXXIII**

**¶** Tertio ponēda ē distinctio sufficientia et numerus oīz potētiarū quōtum ad hoc q̄ oēs reducūt ad quattuor genera respectu suorū obiectorū quō p̄t fieri

## De sc̄da specie qualitatis Fo. LXXXV

respiciēdo diuersitatem obiectorū: quā sic distinguunt potētie: vt dicit Arist. η. de aīa. Sunt ergo quādam potētie q̄ solum exercent actus suū circa corpus sibi vnitū et iunctū: et hec sunt potētie vegetatiue. Quēdam vlt̄o circa corpus quō hz sensibile sibi vnitum vel nō vnitū: et hec sunt potētie sensitue apprehēsiue. Quēdam vlt̄o circa totū ens: vt potētie intellectiue apprehēsiue. Et sic habemus tria genera potētiarū anime: quarū vegetatiua ē inferior: sensitua superior: intellectiua suprema. Apprehēsiua autē virtus alicuius tanquā finis vlt̄ utilis indiget alijs duabus ad hoc vt possit vtile vlt̄ finem suū assequi. Primo enim indiget aliqua potētia impante motū ad illud: et hec vocatur appetitus q̄ est motus impans: et hec ē duplex. vnus sensitua alius intellectiua. Secūdo indiget potētia executiua et exequente motum impatū: et hec vocatur motiua. Ex his ergo habemus illas potēcias in generali vegetatiue et apprehēsiuas: siue quātum ad sensum siue quōtum ad intellectū: siue appetitiuas sicut quōtum ad sensum: siue quōtum ad intellectum et motus executiuas: et sic sunt quattuor genera potētiarum.

**¶** Distinctio oīum potētiarū anime in spāli: et p̄mo ad vegetatiuam p̄tinentium. **Capitulum. CXXXIII.**

**¶** Quarto ponēda est omnium distinctio potētiarum in singulari sicut hęc quattuor genera incipiēdo a primis. Primo igitur dicēdum est de vegetatiuis. harum autē est talis distinctio.

Quia potētia vegetatiua habz p̄ obiecto corpus viuēs sibi vnitum. Ad hoc autē corp⁹ triplex anime vegetatiue operatio ē necessaria. Vna quidē p̄ quā eē acquirat: et ad hōr dinat potētia gēnatiua: que etiā p̄ multitudinē et successionē indiuiduorū p̄seruat spēm in esse acquisito diuersis indiuiduis. Alia p̄ quā corpus conunctū acquirat determinatā quantitātē: et ad hoc ordinat virtus augmentatiua



cuius est gñatiuum ad determinatā quantitā produce-  
re. Alia est p quā corpus viuēs saluatur in eē r in qñtita-  
te determinata: r ad hoc ordinat vis motiua cuius ē dep-  
ditum restaurare vt sic res in eē r quātitate debita cōser-  
uetur. Est aut alia differētia inf istas potētias: qz potētia  
augmētatiua r nutritiua hñt effectū suum in eodē in quo  
sunt: qz ipm corpus vnitū aīe qd auget: r pseruatur p po-  
tentias augmētatiuā r nutritiuā in eadez aīa exñtes. Sz  
vis gñatiua hz effectū suum non in eodē corpe sz in alio:  
qz nihil gñat seipm sed aliud. Et ideo vis gñatiua appro-  
pinquat quodāmodo ad dignitatē aīe sensitīue q habz  
opationes in res exteriores nō sibi cōiunctas sed nobilio-  
ri modo. Et ita pz q aīe vegetatiue cuiuslibz r rōnalis in  
quātum ē vegetatiua: sunt tres potētie. s. gñatiua augmē-  
tatiua nutritiua: q inueniunt in plantis r in aīalibus r in  
homib⁹: qz hec oīa vegetatiuā picipāt. Hec at tres potē-  
tie sic se hñt: q gñatiua est alijs nobilior: qz ei deseruiunt  
nutritiua r augmētatiua. Augmētatiua est nutritiua no-  
bilior: qz nutritiua augmētatiue deseruit. His aut r potēs-  
tia gñatiua hz tres vires seu potētias fm Auicē. vi. d. na-  
turalib⁹. Prima ē seminatiua q in masculis r feminis se-  
men gñat r ordinat. Secūda est imitatiua que virtutes q  
sunt in semine pmutet r pmiscet tempando fm qd conue-  
nit cōplexioni cuiuscūqz mēbrī. Tertia est formatiua que  
ex seminib⁹ pmixtis mēbra format r figurat: r hec sūt tres  
potētie ex pte gñatiue. Quātum autē ad alias duas scilz  
nutritiuā r augmētatiuā sunt quattuor que naturales a  
medicis appellantur que illis deseruiunt: scilz attractiua  
q attrahit illud vnde dz fieri nutritio. Retentiuā q attra-  
cta retinet quousqz digerant. Digestiua q attractū r retē-  
tum digerit. Et expulsiua q supfluum ex alimēto repellit  
r expellit. Et in his potētis consistit oīs potētia ptis ve-  
getatiue: r sunt decē in vniuerso.

Distinctio potētiarum apprehēsiuarum partis sensitī-  
ue exterioris. Capitulū. CXXXV

Secundo dicendum est de apprehē-  
siuis siue cognitīuis potētis q tenēt scd⁹ gra-  
dum post vegetatiuas. Potētia aut vl ps ap-  
prehēsiua diuidit: qz qdam ē apphēsiua vir-  
tus vniuersaliū directe r non piculariū: r tales apphēsi-  
ue intellectīue dicunt. Alia est apphēsiua directe pcula-  
rium r nō vniuersaliū: r tales apphēsiue sensitīue dicunt  
r qlibet harū suā hz distinctionē. Prosequēdo aut apphē-  
siuas sensitīuas: illa diuidit in interiorē sensitīuā r exte-  
riorem. Exterior aut distinguit in qnqz hoc modo. Obiectus  
enim exterius sensibile mouet r imutat potētiā ad sentiē-  
dum. Hec aut imutatio est duplex. Una fm eē spūale vel  
intentionale: r hoc modo imutatur visus qui a luce vl colo-  
re nō imutatur vt sit calidus vl frigidus humidus vl sic-  
cus: sed solū intentionalr r sic hēmus potētiā visuaz. Hec  
aut potētia est ordinata in neruo obliquo qui est eius or-  
ganum immediatum: oculus aut mediatuz. Alia imutatio  
est fm esse naturale quod cōtingit dupliciter. Vno modo  
vt sit imutatio fm locum r sic imutatur audit⁹: r sic ha-  
bemus potētiā auditīuā cuius obiectū est sonus q causa-  
tur ex impulsione r cōmotiōe aeris. Hec autē potētia fm  
Auicē est ordinata in neruo expāso in superficie nerui obliq  
qui pñet in sua cōcauitate aerē cōnaturalem qui moue-  
tur a sua exteriori r sic sonus percipit. Alio modo vt sit  
imutatio fm alterationē r sic imutatur olfactus: cuius ob-  
iectum est odor. Odorabile aut non spirat odorem nisi ca-  
lesfactū: cuius signū est: quia cōgelata odorem nō spirant  
r odores boni r fetores sentiunt fortius in estate: r sic ha-  
bemus potētiā olfactiuam: que est potētia ordinata in  
anteriori parte cerebri in duab⁹ cauernulis silib⁹ capitib⁹





## Tractatus II

mamillarū. Si autē sit immutatio naturalis ex parte organū: sic accipit gustus et tactus: quorum distinctio potest sic sumi. Quia tactus est per totum corpus: sed gustus in sola parte corporis scilicet lingua: ubi solum tactum comitatur. Vel aliter: quia obiectum tactus immutat potentias per primas qualitates. scilicet calidum et frigidum. et sic immutatur gustus in quantum est quidam tactus: sed obiectum gustus immutatur per quasdam determinatas qualitates secundarias: scilicet dulce et amarum: et ab istis immutatur non in quantum est tactus. licet tangendo immutetur sed in quantum est gustus. Et sic gustus potest dupliciter considerari. vno modo ut tactus qui est pars gustus: et sic qualitate preambula. id est primis qualitatibus immutatur: scilicet calido frigido humido et sicco. Alio modo in sua ratione formaliter est gustus. et sic immutatur secunda qualitate scilicet amaritudine vel dulcedine et aliis preambulis mediantibus. Potentia autem tactiva est ordinata in nervo cutis totius corporis et in carnibus: sed potentia sensitiva gustus est fundata in nervo expanso super corpus lingue. et sic habemus duas potentias alias: tactivam que est dispersa per totum corpus respectu primarum quatuor qualitarum et gustivam que est in lingua respectu dulcis et amari. Et sic patet quod sunt quatuor potentie apprehensivae de foris que nobiliores sunt secundum quod nobiliori modo et magis specialiter immutantur. Et ideo omnium nobilior est visus: post visum auditus. post quem olfactus: post quem gustus: ultimum et infimum gradum habet tactus. et ideo non omnia animalia conveniunt cum homine in omnibus aliis: sed tantum in illo. vnde in omni animali est sensus tactus.

**Quo distinguuntur potentie sensitive. Cap. CXXXVI.**  
 Apprehensiva autem interior similiter dividitur. Ad quod clarius videndum oportet notare. Primum quod natura non deficit in necessariis ut dicitur in de anima. Et ideo oportet esse in ani-

## De secunda specie qualitatis LXXXVII

mali tot operationes et tot potentias que nihil aliud sunt nisi si prima operationum principia quot sunt necessaria ad vitam animalis perfecti. In animali autem perfectio requiritur quod non solum apprehendat rem cum est presentis sed etiam cum est absens: quia cum non habet omnia necessaria sibi coniuncta: oportet quod moveatur ad distantiam. Cum ergo animal moveatur ad rem ipsam quam apprehendit: oportet quod ad hoc quod moveatur ad rem absentem quod absentem apprehendat. Sicut igitur animal habet virtutes et potentias exteriores per quas res presentes apprehendat. Ita oportet quod habeat potentias interiores per quas res absentes apprehendat: et earum species retineat. Alterius secundo notandum quod si animal moveatur solum propter delectabile vel tristabile secundum sensum: non esset necessarium ponere in animali nisi potentiam apprehensivam formarum per quas percipit sensus et in quibus delectatur vel quas horret: sed non solum hoc est necessarium animali imo ultra hoc ut quod quod fugiat non solum que sunt ei convenientia ad sensum sed ea que habent rationem utilis vel nocivi: sicut ovis fugit lupum non propter colorem vel figuram: quia si esset pulchrioris coloris puta albi vel pulchrioris figure. adhuc fugeret sed fugit eo quod nocivus vel inimicus. Similiter avis colligit paleam non quod delectat sensus sed quia est sibi utilis ad nidificandum. Quia ergo necessarium est vite animalis perfecti ut rem absentem sicut et presentem accipiat et eius speciem apprehensam conservet. et iterum quod non solum res apprehendat ut delectabiles vel tristabiles secundum sensum: sed etiam ut nocivas vel utiles. et ideo necesse est ponere potentias interiores: ad quas hec pertineant ad que non attingunt exteriores que secundum Avicennam quinque sunt. habet aliquos non sunt nisi quatuor quarum distinctio sic potest accipi. Sensus enim interior autem habet esse circa formas et species sensibiles que accipiuntur a rebus: aut circa intentiones earum scilicet amicitie utilis vel nocivi quod idem est. Si circa formas sensibiles: aut apprehendendo solum: sic est sensus communis qui com-



## Tractatus II

munis dicitur propter tria eius opera que habet scilicet cognoscere obiecta omnium sensuum exteriorum scilicet colorum sonum et sic de alijs. Secundo inter ea iudicare scilicet inter album et dulce que duo non potest facere aliquis sensus particularis exterior: et tertio communia sensibilia apprehendere. scilicet illa quinque que ponit philosophus sensibilia communia. videlicet anima. que sunt motus quies numerus: figura et magnitudo. Hec enim nullius particularis sensus sunt propria sed sunt communia omnibus non sic quasi omnia ista. sunt omnibus communia sed quedam horum. Nam numerus motus et quies sunt communia omnibus sensibus: tactus vero et visus percipiunt omnia quinque et hec omnia similiter apprehenduntur a sensu communi: et propter ista dicitur communis. Si autem potentia versetur circa formas sensibiles non solum apprehendendo sed etiam retinendo. sic est imaginativa cuius est formas sensibiles et species apprehensas in absentia sensibilibus conservare. Et iste due potentie habet esse in anteriori parte capitis circa frontem in qua parte distinguuntur due cellule quarum prima est magis humida. secunda autem magis sicca. Modo humida bene recipit et male retinet: secundum philosophum in libro de memoria et reminiscencia. Sicca autem e contra. Et ideo sensus communis ad quem terminantur nervi omnium aliarum potentiarum: et sunt earum actus. ponitur in prima cellula humida cuius est bene recipere. imaginativa autem in secunda que est magis sicca cuius est bene conservare. Si autem versetur sensus circa intentiones utilis vel nocivi amici vel inimici: aut hoc est apprehendendo solum et sic est estimativa naturalis: aut recipiendo et conservando. et sic est memoria sensitiva. Et sic isti duo sensus habet esse in posteriori parte capitis: in qua distinguuntur due cellule quarum prima est magis humida: et ideo in illa ponitur estimativa cuius est solum recipiendo apprehendere. Secunda et ultima est magis sicca: et sic in illa ponitur memoria sensitiva cuius est et recipere et receptas intentiones

## De secunda specie qualitatis LXXXVIII

nes conservare sicut in thesauro. Est autem hic intelligendum quod cum potentie sensitive sint communes homini et alijs animalibus perfectis. inter hominem et alia animalia perfecta non est differentia quo ad illas potentias que sunt apprehensive formarum sensibilibus vel retentive sed quo ad illas que sunt apprehensive et retentive formarum intentionum quo ad estimativam naturalem: scilicet et memoriam. Est autem talis differentia quia alia animalia quo ad estimationem percipiunt huiusmodi intentiones utilis vel nocivi naturali instinctu. Homo autem est per quamdam collationem et deductionem. et ideo quod in alijs animalibus dicitur estimativa naturalis in hominibus vocatur cogitativa virtus: et quia per quamdam collationem omne nocivum vel utile invenitur. Vocatur etiam in hominibus ratio particularis. Est enim collativa istarum intentionum individualium sicut ratio universalium. Ex parte autem memorie similiter est differentia. Non solum enim habet homo memoriam talium que in preterita recordatione consistit sed etiam reminiscencia quare reminiscencia consistit in quadam deductione et investigatione sylogistica ad hoc ut ex aliquibus memoratis veniat in recordationem aliquorum preteritorum quorum non habebat memoriam et sic memoria est in animalibus et non reminiscencia. In hominibus vero utriusque hoc autem habet estimativa et memorativa in homine non pro illis quod est proprium parti sensitive sed propter affinitatem et propinquitatem rationem universalem et ad intellectum ex cuius redundantia et effluencia est amplioris et efficacioris virtutis. Quintus vero sensus interior ab aliquibus ponitur fantasia que est in superiori parte media capitis. et hic sensus est medius inter imaginationem et estimationem naturalem siue cogitativam et huius officium est componere inuicem species apprehensas et intentiones et distinctas et coniunctas: sicut cum ex forma auri et motis format montem aureum quem nunquam vidit: et alia signata ut dicitur

## Tractatus II

meras et hmoi: quod attribuitur fantasie cuius organum ponitur in medio cerebri. Sed quia ista operatio in animalibus ab homine non appetit: et ad hanc videtur sufficere in homine virtus imaginativa. Ideo alii istam potentiam non ponunt distinctam ab imaginatione sed ipsi imaginationi istam operationem attribuerunt: et huius sententia est expressa Averrois in quodam libro. quem fecit de sensu et sensibilibus: et sic ipsa imaginatio dicitur etiam fantasia. Sed dicitur imaginatio in quantum tales species conservat et est thesaurus et memoria quidam eorum: et ideo dicitur imaginatio quasi imaginum conservatio: dicitur autem fantasia in quantum facit tallium formarum diversas compositiones. Et dicitur phanos quod est apparitio quia facit diversa hominum apparere. unde et tales apparitiones fantasie dicuntur: et ipse species in ea conservate fantasmatata appellantur: et sic secundum hoc non essent nisi quattuor sensus interiores realiter distincti scilicet sensus communis: imaginatio vel fantasia: estimativa: siue cogitativa: et sensitiva memoria. et sic habemus distinctiorem potentiarum partis apprehensivae quantum ad sensitivas potentias que in universo sunt novem: quoniam exteriores: et quattuor interiores: scilicet imaginatio et fantasia non distinguuntur quod verius reputo.

**Quo** distinguuntur intellectivae potentiae apprehensivae. Apprehensiva autem intellectiva sic distinguitur: quia ea que sunt in parte intellectiva apprehensiva possunt comparari ad invicem. Primo sicut potentia ad potentiam: quia sicut potentia passiva ad activam sic distinguitur intellectus duplex: scilicet agens cuius est facere fantasmatata que sunt intelligibilia in potentia esse intelligibilia actu: per suam illustrationem. Et possibilis cuius est illa apprehendere et intelligere. Hec autem duo scilicet intellectus agens et possibilis diversimode se habent ad apprehensionem: quia intellectus agens pertinet ad potentias apprehensivas: non tanquam apprehensum sed tanquam apprehensionem causans vel faciens. Sed intellectus possibilis tanquam apprehensum. Secundo

## De secunda specie qualitatis Fo. LXXXIX

possunt comparari sicut habitus ad actum. et sic distinguuntur memoria intellectiva et intellectus vel intelligentia. quia una et eadem potentia est intellectus et memoria. et idem obiectum habent. sed ab actibus est talis distinctio quia intellectus possibilis dicitur et vocatur memoria in quantum conservat habitum et species intellectuales. et idem intellectus possibilis vocatur intellectus et intelligentia prout actu utitur speciebus et actu considerat per eas. et sic est in actu secundo per eas qui est operari. Tertio modo sicut actus ad actum et sic distinguuntur ratio et intellectus. Ratio enim et intellectus eadem sunt potentia realiter: sed differunt in actu quia intellectus dicitur intellectus quando sine aliquo discursu res apprehendit. sed idem intellectus dicitur ratio. quando circa res apprehensas discursus considerando componendo dividendo et huiusmodi. Quarto modo possunt comparari sicut habitus ad habitum. et sic distinguuntur alio modo ratio ab intellectu. quia intellectus dicitur habitus principiorum: ratio vero conclusionum. Quinto possunt comparari respectu finis. et sic differunt intellectus practicus et speculativus. quia speculativus dicitur qui quod apprehendit non ordinat ad opus. practicus autem e converso ordinat ad opus. et ideo eadem est potentia sed differunt fine. quia practicus habet pro fine opus speculativus veritatem. ut dicitur in de anima. et ibidem dicitur quod intellectus speculativus extensione fit practicus que extensio est ad opus. Sexto possunt distinguere et comparari secundum ista tria simul. scilicet secundum actum habitum et obiectum. et istis tribus modis eadem potentia intellectiva dicitur ratio inferior et ratio superior. Vocatur tamen sic et sic a diverso obiecto quia ratio putatur intendit eternis conspiciendis vel consulendis. Conspiciendis putatur ea speculatur in seipsis. Consulendis autem prout ex eis accipit regulas agendorum. et tunc dicitur ratio superior. Prout vero temporalibus intendit dicitur ratio inferior. Item differunt secundum

actū. qz rōni superiori ppetit regere. inferiori regi. Et sic loquitur Aristot. in ethicor. qz ratio semp ad optima deprecatur. Item differūt penes habitum qz rō superior cōsulit per habitum sapientie. inferior autem per habitum scientie. Septimo possunt cōsiderari et comparari q̄tum ad gradum. et sic distinguitur intellectus fm diuersos gradus et hoc diuersimode fm diuersos. Quidaz distinguūt sic. Intellectus potest cōsiderari tripliciter. Uno mō prout est in potentia. et sic dicitur possibilis. Alio modo prout est in actu primo qui est scientia. et sic dicitur intellectus in habitu. Secundo prout est in actu secundo qui est cōsiderare. et sic dicitur intellectus adeptus vel intellectus in actu a tali. Aliter distinguūt alij. Ad quod notandum qz intellectus potest cōsiderari quadrupliciter. Primo prout est sicut tabula rasa anteq̄ sit specie intelligibili informatus. et sic est omnino in potentia vel simpliciter vel respectu illius cuius specie non habet. et a tali gradu vocatur a philosophis intellectus malus seu potentialis seu possibilis. et sic agitur de eo. in. de aīa. vsqz ad partem illam. Cū sit actu singula. Secūdo modo potest cōsiderari prout est actu specie informatus sed nō dum negociatur circa eā et sic vocatur intellectus dispositus vlt specie iformatus. et sic determinat de eo ab illa particula. Cum autēz. vsqz ad illam. qm̄ in omni. Tertio mō potest cōsiderari vt actu circa specie iam adentā negociat. et sic vocatur intellectus in actu. et sic determinat de eo ab illa particula. Quoniā vsqz ad illā indiuisibiliū intelligentia. Habz autē gradū et statū circa optimū intelligibile posuerūt philosophi habiturū intellectū circa finem vite. Illos autē dicim⁹ qz erit in eterna beatitudine. Ex his ergo pcludamus qz in parte intellectiua. id est apprehēsiua nō sunt nisi due potentie realiter distincte scz intellectus agēs et possibilis. sed intellectus possibilis dicitur et nominatur diuersis nominibus a suis

diuersis cōditionibus. Unde eadē potentia existens. dicitur intellectus vlt intellectiua. dicitur memoria. dicit rō. et ratio superior dicit. et ratio inferior. dicit intellectus speculatiuus. et intellectus practicus. intellectus possibilis. intellectus dispositus. intellectus in actu. intellectus adeptus. Sicut vnus et idē potest dici doctor in q̄tum docet. cantor in q̄tum cantat. faber in q̄tum cultellum fabricat. et sic de alijs. Ex quo patet vltenus distinctio omnium potētiarū apprehensuarū. que in vniuerso sunt vnde cūz. scz quinque sensitiue exteriores. quattuor interiores. et due intellectiue. intellectus scz agens qui dicitur apprehēsiuus. nō quidem qz apprehendat sed quia apprehensionem causat. et possibilis qui apprehendit.

¶ Distinctio potētiarū appetitiuarū vlt motiuarū.

¶ Secūdo tertio dicendū est de appetitiuis. Appetitus

autē nihil aliud est q̄ inclinatio q̄ formā psequitur.

Hec autē forma ē triplex. vna naturalis sicut forma lapidis. et hanc formā sequit appetitus q̄ dicit naturalis inclinatio. vt lapis si moueat ad locū ppiū. s. deorsum. et iste appetitus vocatur naturalis q̄ appetitus nō est aliq̄ potentia naturalis appetitiua prout hic de appetitu loq̄mur. Sola em̄ forma sufficit ad talem motū et ad talē inclinationem: quia et in homie sit talis appetitus fm elemētūz predominans qd̄ est graue. Alia forma est intentionalis et apprehensibilis. et hęc est duplex. quedaz sensibilis que apprehenditur sensu. quedam intelligibilis que apprehenditur ab intellectu. Formā ergo apprehensam a sensu sequit appetitus qd̄a qui dicitur et vocatur appetitus sensitiuus. et appetitus aīalis: et sensualitas. Vocat autē et nominat istis trib⁹ noīb⁹ rōne singulari et diuersa. Vocat em̄ pmo appetitus sensitiuus. Tum qz sensitiuus apprehensionē sequit. Tū quia est in parte sensitiua. Tū qz est semper alicuius rei sensibilis. Vocat autē scdo appetitus aīalis primo ab aīa

## Tractatus II

quia primā apprehensionē anime sequitur que est sensitua. ois em̄ cognitio intellectiua fit ex p̄sistenti sensitua primo posterior. Secundo ab animali q̄ conuenit omni animali et homini non inq̄tum ē homo s̄ inq̄tum ē animal. et ideo homines fm̄ illum uiuētes dicunt animaliter et bestialiter et brutaliter uiuere ut patz. i. ethicoz. Vocatur autem tertio sensualitas quia sensualitas videtur sumpta a sensibili motu sicut a visione sumitur nomē visus. et ab actu sumitur nomen potentie. Motus autem ē actus appetitus sensitui apprehensionem cōsequēs. Actus enim apprehēsiue virtutis non ita proprie dicitur motus sicut actio appetitus. Illam operatio potētie apprehēsiue terminatur in hoc et p̄ficatur q̄ res apprehense sunt in apprehēdēte. Operatio autem appetitiue in hoc q̄ appetitus inclinatur in rem appetibilem. et ideo opatio apprehēsiue assimilatur quieti. Appetitiue autem comparatur motui unde p̄ sensualē motum intelligitur opatio potētie appetitiue: et p̄ sensualitatem intelligitur ipsa potētia appetitiua: que est appetitus sensituius. Formam autē apprehensam ab intellectu sequitur appetitus: qui dicitur appetit̄ intellectiuius: v̄l rōnalis: v̄l voluntas. Dicitur aut̄ intellectiuius nō quia intelligat. s̄ quia sequitur intellectū vt illud appetat qd̄ intellect̄ cognoscit. Non em̄ diligim̄ nisi cognita fm̄ Aug. et quia est in parte intellectiua. Dicit̄ autē rōnalis: q̄ indiuiduū rōnis sequit̄: vt illud quod iudicat rō eligēdum v̄l recusandū: illud eligat v̄l recuset volūtas. Dicitur aut̄ volūtas p̄ cōparationē ad appetitū sensituiū. Mobiliora ei entia et si eis conueniūt noīa ignobiliū: tñ specialia noīa ratione sue nobilitatis sortiuntur. Et ideo quous volūtas dicatur appetitus et cōueniat in hoc nomine cum appetitu sensituiuo: tñ speciale nomē sibi retinuit: vt appetitus intellectiui dicit̄ nō solū appetit̄ s̄ voluntas. Licet aut̄ sensitui dicit̄ appetit̄: tñ nō p̄pe volūtas. Ap

## De scda specie qualitatis Fo. XCI

petit̄ aut̄ sensitui diuidit̄ in duas potentias: quarū vna vocat̄ concupiscibilis: alia vocat̄ irascibilis. Quarū distinctio ab aliqb̄ ponit̄. Quia concupiscibilis ordinat̄ ad p̄secutionē boni: et p̄ istam ouis vadit ad pastorem et ad herbam tanq̄ ad bonum suum estimatum et apprehensum: et estimatum estimatiua naturali et quodā instinctu naturali qui est in estimatiua. Irascibilis autē ordinatur ad fugam mali: et per istam potētiā ouis naturaliter fugit lupum tanq̄ malum suum apprehensum et estimatum instinctu estimatiue naturali. Sed melius aliter assignantur. Ad eandē em̄ potētiā p̄tinet p̄sequi cōueniētia fm̄ sensum et refugere nociua: et hoc pertinet ad concupiscibilem: cuius obiectum est delectabile fm̄ sensum. Ad aīal autem nō solum pertinet potētia per quam sequat̄ conuenientia. et refugiat nociua sed etiam potētia p̄ quā resistat impugnātibus: q̄ conueniētia animali amouēt et nocumēta inferunt: et hoc facit irascibilis: cuius obiectus est arduum: quia similiter tēdit ad hoc vt superet p̄traria et nociua. Et in hoc appetitu sensituiuo i quo passiones domiñatur ponūtur virtutes morales: que sūt regulatiue et domiñatiue passionū tanq̄ in subiecto in homine. quedaz in concupiscibili: quedam in irascibili: de quibus passionibus in tertia specie qualitatis subiūget̄: et hec de appetitu sensituiuo sufficiāt. Appetitus autem intellectiuius qui dicit̄ volūtas nō distinguitur in plures potētiās: quia quod facit virtus inferior p̄ plura: facit superior p̄ pauciora. Habet autē distinctionis nomē a diuersis suis actib̄ sicut intellectus. Volūtas enim que sequitur simplicem apprehensionē intellectus et mouetur motu naturali sicut alie potētie: dicitur volūtas naturalis. vt autem est libera et sequitur deliberationem intellectus: dicitur volūtas deliberatiua: non tamen sunt diuersae voluntates distincte realiter: s̄ vna a diuersis suis actibus nominata. Ex quo

## Tractatus II

patet q̄ potentie appetitiue in homine sunt tres. Due in parte sensitua. 7 vna in parte intellectua.

**De potētia motiua motus executiua. Ea. CXXXVII**

**Clarto et vitimo dicendum est de**  
q̄ potentia motiua: que consuevit distingui ab aliquibus in imperantē motum 7 in exequentem. Sed imperans motum non est alia potētia nisi appetitiua de qua dictum est. Et ideo motiua potētia dicitur executiua motus imperati. Secundum autem aliquos non est potentia anime: sed est quedam vis interior admixta musculis lacertis 7 nervis membrorum. Secundum aliquos vero est specialis potentia: quia cum in omnibus animalibus sit sensus 7 appetitus non tamē motus localis. Et ideo ad exequendum motuz preter potētiā imperantem motum: oportet ponere efficientem vel exequentem motum: 7 hec est virtus infusa nervis et musculis contrahens 7 relagans cordas 7 ligamenta coniuncta membris. Et hanc sic ponit. vi. de naturalibus Avicenna.

**Tres conclusiones ex p̄cedentibus: 7 primo q̄ omēs potentie anime sunt. xxvi.**

**Capitulum. CXXXVIII**

**Ita igitur concludo tria. Primum**  
b est q̄ ex parte vegetatiue habemus. x. potētiās ex parte apprehensiuarum habeamus. xi. ex parte motuarum motuz impetrantium habeamus tres. Si ex parte executiue motus non sunt alie que crunt omnes potentie anime. xxiii. Si autem executiuam potētiā ponamus vnā: erunt. xxv. Et si fantasia sit distincta ab imaginatiua quod non credo erunt. xxvi. Et in istis consistit 7 concluditur tota regio 7 totum regnum potētiarum anime rationalis.

**Quod tripliciter differūt potētie intellectiue 7 sensitue,**

## De sc̄da specie qualitatis XCII

**Sc̄da conclusio est: q̄ triplex ē differētia potētiarū intellectiuarū. s. intellectus agētis. 7 possibilis. 7 volūntatis ad oēs alias mā omēs alie sunt affixe organo corporali 7 eo mediāte exercēt suam operationē: sicut potētia visua mediāte oculo: 7 sic de alijs. Sed potentie intellectiue nō sunt iuncte aliter organo corporali: s; sunt separate eleuate 7 unmixte. vt patet. in. de aīa. Ex quo ulterius sequitur sc̄da differētia q̄ potētie intellectiue comparant̄ dupl̄r ad aīam. s. vt ad suā radicē siue principium sc̄do vt ad suū subiectū. Sūt em̄ inesse ip̄i aīe sicut i subiecto: sed oēs alie corpi affixe spanē ad aīam sicut ad suā radicē 7 suū principium: s; ad iunctū sicut ad subiectū: vnde sunt in iuncto 7 in p̄posito sicut in subiecto. Ex quibus sequit̄ tertia differētia: q̄ cū destructo subiecto destruit̄ actus q̄tū ad se 7 suā opationē: destructo p̄posito v̄l iuncto: necesse ē destrui potētiās sensitivas: 7 affixas organo subaliter 7 earū actus. Sed q̄ aīa manet sepata manēt in ea sicut in radice 7 in subiecto: sicut effectus in cā. S; q̄ intellectiue sunt in aīa sicut i subiecto: destructo iuncto 7 cōposito nō destruiuntur sed manēt in aīa sepata. Et ideo in aīa sepata nulla ē potētia affixa organo siue sensitua siue alia manet realiter: nec in se nec in sua opatione: s; solum actualiter in radice: potētie aut̄ intellectiue remanēt et subaliter in se 7 realiter in sua operatione.**

**Quid importetur noīe sinderisis: noīe p̄scie: nomine liberi arbitrii: 7 quid est vnūquodq̄.**

**Tertia conclusio est: q̄ cū oēs potētie aīe sūt enumerate. q̄cūq; alia dicūt de his q̄ p̄tinēt ad p̄tē itellec̄tiua: v̄l nō sūt potētie: v̄l si ad potētiā p̄tinēt ex aliq̄ p̄ditiōe alicubi noīant̄: nō tñ p̄ter positas potētiās ē als assignare. 7 iō q̄uis ista tria sinderisis p̄scia liberū arbitriū ponant̄ i p̄tē itellec̄tiua: nō tñ diuerse potētie sūt a noīat̄. s; sinderisis ē hūc p̄sequētiā intellectus p̄ctici re**  
m iij

## Tractatus II

specu primor principior operabiliū : sicut intellect⁹ est habit⁹ consequēntialis respectu p̄mor p̄ncipior speculabiliū. Eius aut̄ est instigare ad bonū ⁊ murmurare de malo respectu opabiliū. Cōsciētia aut̄ actū noīa ⁊ nō potētiam nec habitū. Et q̄ p̄sciētia d̄r q̄si cū alio sciētia: tō illi⁹ potētie ē actus cui⁹ ē sciētia: hec aut̄ est intellect⁹. Liberum aut̄ arbitrium quōs sunt diuerse opinionēs q̄d sit ⁊ nomīnet: teneo tñ in cōi doctrina q̄ nomīat vel signat potētias vel potentiam. Si duas potētias nominat sicut videtur dicere Damas. q̄ libez arbitrium est facultas intellectus ⁊ volūtatis. Sic liberū arbitriū est intellectus ⁊ volūtatis. Sed intellect⁹ q̄ ibi libertas inchoat: volūtatis autē q̄ ibi terminatur. Si aut̄ significet solū potētiam vnā q̄ libertas arbitriū videt̄ esse in eligēdo cōuenientia fini: sic cum hoc p̄tineat ad solam volūtate supposito iudicio intellectus: liberum arbitrium dicit solam voluntatem: ⁊ ista de potētis anime dicta sufficiant.

**De volūtate quomodo varie in diuinis ⁊ humanis frequenter accipitur.**

Capitulum. CXXXIX

**Clia vero hic videndū est de voluntate:** cuius acceptio est multiplex: ⁊ diuersam difficultatem affert in locutionibus diuinis ⁊ humanis. Idcirco quarto de multiplici acceptione ⁊ distinctione voluntatis potissime in deo aliquid inferemus. Et quia doctores vt Damas. li. ij. ⁊ doc. alij ponunt in deo esse duplicem voluntatem: antecedentē ⁊ consequentem vna distinctione. Idcirco primo videndum est quid nomine istarum volūtatum importetur. Distinguit̄ etiam volūtate: in volūtate signi ⁊ in volūtate bñplaciti alia distinctione: ⁊ ideo secūdo de hoc vidēdum est. Tertio quō aliqñ tā in diuinis q̄ in humanis noīe volūtatis: aliqñ actus: aliqñ res volita importetur. Ad vidēdū igitur

## De scda specie qualitatis So. XCIII

q̄d noīe voluntatis antecedentis ⁊ p̄ntis importet. Primo sciendū est q̄ cū volūtatis diuina distinguat̄ vel duplex ponatur: nō est intelligēdū q̄ ipsa diuina volūtatis aliquā in se diuersitatem vel multiplicitatē admittat: aut in se distiguatur: cū sit summe simplex ⁊ indiuisibilis: ⁊ sit realiter diuina eētia licz differant rōne. Sed cum dicimus duplicem volūtate in deo v̄l antecedentem v̄l consequentem: signi ⁊ bñplaciti: hec diuersitas attenditur semp respectu rerum volitaz ⁊ nō respectu volūtatis ipsius dei. Nihil em̄ phibet diuinā volūtate diuersimode cōsiderari: sed diuersa volita q̄ respicit que sunt eius obiecta.

**Quid est in deo voluntas antecedēs consequēs.**

Descēdendo ergo ad p̄posituz duo cōsiderare possumus. s. volūtate dei respectu volite rei. ⁊ ipsā rē volitam: q̄ est obiectū diuine volūtatis. In re aut̄ volita duo considerare possumus. Descēdendo ad rez volitaz respectu cuius in deo ponitur volūtatis antecedēs ⁊ p̄ns que est creatura intellectualis. q̄a in creatura intellectuali que ē ordinabilis in beatitudinez ex sua natura possumus considerare illud quod ordinat̄ in beatitudine ⁊ hoc est ip̄amet creatura: ⁊ possum⁹ cōsiderare illud per quod ordinatur. ⁊ hec sunt auxilia q̄bus ad consequendam beatitudine adiuuat̄. Istis tribus suppositis declaro quomodo in deo distinguat̄ volūtatis antecedēs ⁊ consequēs. Primo ex parte rei volite a diuina voluntate: que res volita ē ip̄amet creatura intellectualis. Secūdo ex parte auxiliorū que conferūtur ip̄i creature intellectuali deo volite: quib⁹ iuuatur ad consequendam beatitudine. Tertio ex parte diuine volūtatis respectu istarū rerum volitarū. Quarto concludam aliquas conclusiones ex p̄dictis. Accipiendo ergo illud q̄d ordinat̄ in beatitudine quod est ip̄a creatura intellectualis: est duo cōsiderare scz naturaz ⁊ p̄sonā. Accipiendo ⁊ respiciendo naturā: pens vult oēs bo

## Tractatus II

omnes saluos fieri et omnem creaturam intellectualem: inquam tum omnibus dedit naturam capacem beatitudinis et ordinabilem ad beatitudinem. Si autem accipiamus personam cum actiones suppositorum sint: et per proprias actiones multi deueniunt a beatitudine quia prave sunt. Ideo deus quantum ad ea que sunt persone non vult omnes homines saluos fieri. Prima igitur voluntas qua deus respicit naturam dicitur in deo antecedens. secunda qua respicit personam consequens: et per tanto: quia prius est ordine nature licet non ordine temporis natura et consequenter persona: et per prius est naturaliter cadens in nostra consideratione natura ordinabilis ad beatitudinem quam persona cum actibus quibus finem consequitur si sunt bone: vel ab ultimo fine deuiat si sunt prave. Et ideo respectu antecedentis considerabilis ponitur voluntas antecedens: et respectu consequentis considerabilis ponitur voluntas consequens in deo. Si autem secundo in deo consideremus auxilia quibus iuuamur ad consequendum finem creature intellectualis: sic considerandum est quod duplicia sunt huiusmodi auxilia. Sunt enim quedam auxilia communia que dantur omnibus ut salui fiant: scilicet liberum arbitrium: precepta consilia: quibus omnes possunt dirigi ad salutem. Sunt autem quedam specialia ut gratia et virtutes. perseverantia in bono: et huiusmodi. que dantur aliquibus specialiter et singulariter. Quia vero ordine nature commune precedit et antecedit illud quod est speciale et singulare: et speciale illud quod est commune sequitur ideo voluntas diuina prout respicit communia auxilia post que alia specialia consequuntur dicitur antecedens: et isto modo vult omnes homines saluos fieri voluntate antecedente. scilicet quia omnibus diuidit communia auxilia quibus possunt ad beatitudinem peruenire: sed non voluntate consequente: quia non omnibus dedit specialia. Tertio ostendo quomodo accipitur in deo voluntas antecedens et consequens ex parte voluntatis eius respectu rerum volitarum. Ho-

## De secunda specie qualitatis Fo. XCIII

luntas enim antecedens potest dici quando deus vult aliquid non in se et simpliciter sed in suo antecedente. Sed voluntas consequens quando vult aliquid in se et simpliciter: ut verbi gratia. Ponamus quod rex det arma militi ad bellandum pro salute regni contra inimicos. Iste miles iam sic ordinatus ad bellum potest dupliciter considerari. Uno modo inquam est ordinatus ad bellandum a rege. Alio modo secundum actus quos gerit in bello. Si ergo consideretur secundum quod ordinatur ad bellandum a rege: sic potest dici quod rex vult ei honorem non absolute sed in suo antecedente. Si autem consideretur miles quantum ad actus quibus gerit se in bello: tunc rex vult ei quod sibi debetur pensatis suis conditionibus. Unde si male se habeat vult ei obprobrium: si strenue vult ei honorem. Et ideo hoc quod vult ei pensatis conditionibus omnibus consequentibus vult ei voluntate consequente et hoc a rege simpliciter volitum militi: aliud autem secundum quid. Sic in deo ad propositum pro tanto quia deus dedit homini ea quibus ordinatur ad beatitudinem: scilicet liberum arbitrium respectu cuius dicitur deus omnem hominem saluum fieri velle in suo antecedente: et hinc sumitur voluntas antecedens: sed considerato quomodo quilibet se habet in utendo illis: simpliciter unus vult damnationem: alij beatitudinem: et hoc vult eis voluntate consequente: et hinc sumitur in deo voluntas consequens. Ex his quarto concludo unam conclusionem: quod per predicta patet quatuor difficultates que consueuerunt dici de differentia harum voluntatum. Primum est quod diuersitas voluntatis antecedentis et presentis non est in diuina voluntate: sic quod sint due res distincte: sicut unus oculus est distinctus ab alio. Sed est distinctio solum rationis: et sumitur ex parte rerum volitarum ut patet ex dictis. Secundum est quod deus vult omnes homines saluos fieri voluntate antecedente sed non consequente nisi bonos: ut patuit in utroque modo predicto. Tertium est quod vo-





luntas dei antecedens non semp implet: nec fit semp illud quod ipe illa voluntate vult: sed aliquando deficit vt non fiat: quia illa voluntas non est voluntas simpliciter: nec volitum illa voluntate est volitum simpliciter: sed secundum quod. Sed voluntas patris semp et infallibiliter impletur: quae est voluntas simpliciter: et res volita est volita simpliciter. Quartum est quod voluntas antecedens in deo est voluntas speculatiua: et non respicit particulares conditiones et operationes: sed solum naturam in communi. Sed voluntas patris est practica: et respicit particulares conditiones personarum et suppositorum quorum sunt actiones: et ideo quae vult voluntate speculatiua non vult simpliciter sed secundum quid: quare non semper impletur. Quae autem vult voluntate practica: vult simpliciter: quare semper de necessitate impletur.

De voluntate signi et beneplaciti: et primo quod de deo dicuntur aliqua proprie aliqua metaphorice. Capitulum. CXL

Primo videndum est de voluntate signi et beneplaciti. Ubi primo videndum est quod aliqua de deo dicuntur dupliciter. Uno modo proprie: et illa vere in deo sunt. sicut sapientia: bonitas: iusticia: substantia: persona. proprie de deo dicuntur: et vere ac realiter in eo sunt. Alio modo dicuntur aliqua de deo metaphorice et per similitudinem cuiusdam proportionabilitatis in comparatione ad suos effectus quorum est causa. Et hoc modo metaphorice dicitur ignis. Deuteronomij. x. ex illa proportionis similitudine. Quia sicut ignis se habet ad sui contrarium consumptionem: ita deus ad consumendam nequitiam. Unde ipsum esse ignem est ipsum esse destruentem nequitiam. Et isto modo etiam punitio sua quae peccatores punit dicitur ira eius de qua psalmus. Ascendit fumus in ira eius: et ignis a facie eius exarsit. Et quia effectus est signus cause. Ideo illi effectus secundum quos attenditur similitudo vel ire vel ali-

cuius alterius. dicuntur esse signa. vnde punitio dicitur signum ire eius et sic de alijs.

Distinctio voluntatis signi et beneplaciti in deo. La. CXLI.

De supposito potest patere distinctio voluntatis diuine in voluntate signi et beneplaciti. Quia voluntas beneplaciti dicitur actus eius volendi quo sibi aliquid placet: et ista voluntas proprie de deo dicitur et vere in eo est: voluntas autem signi dicitur aliquid signum extra deum existens. quod pretendit deum velle aliquid vel pretendit aliquid in deo secundum quod se habet ad modum volentis: sicut punitio qua deus punit aliquem ostendit ipsum se habere ad modum irati. Sed deus non dicitur ita proprie irasci: sed dicitur velle illa quorum sunt illa signa. Et sic patet quod talis voluntas metaphorice de deo dicitur: et in deo proprie non est: sed est proprie extra: et nihil aliud est quam ista signa: que ostendunt deum se habere ad modum volentis irasci. Signum enim aliquando nominatur sicut rem signatam: vt imaginem herculis vocamus herculem. Quod autem signum nominemus sicut rem signatam contingit dupliciter. Uno modo ratione similitudinis: vt in exemplo posito de imagine herculis. Alio modo ratione proportionis: quasi arguendo: vt sicut signum et signatum se habent in vno: ita etiam se habeant et in alio. Et sic est in proposito de quo loquimur. Ex eo enim quod in nobis ex aliquo signo arguimus esse voluntas: proportionabiliter arguimus ex aliquibus signis esse in deo voluntatem: sicut et in nobis. Et illam vocamus voluntatem signi. In nobis autem quando aliquis precipit vel consulit aliquid fieri: videtur precipiens et consulens illud velle simpliciter fieri. Iterum quando prohibet videtur illud nolle fieri. Quando autem aliquid facit: videtur illud fieri velle. Qui etiam permittit aliquid fieri: cum illud possit impedire: videtur illud velle fieri. Quia igitur ita est

in nobis ex hac similitudine fm quādam pportionem: sic dicimus esse in deo: et ponimus in eo esse voluntatē signi pertinentem ad preceptum: et consilium quātum ad duo prima. prohibitionem quātum ad tertium: operationem quātum ad quartum: permissionem quātum ad quintū. Et horum quodlibet voluntas signi in deo vocatur. Et est quintuplex.

**¶** Quot sunt signa: et quot modis dicitur voluntas signi quā quinque modis. Capitulum. CXLII.

**T**ertio ponenda est sufficiētia istorum signorum: ut siue voluntatū signi. Que tripliciter potest sumi. Primo ex parte volitorum sic.

Quia illud signū: aut est respectu boni aut mali. Si respectu mali aut negative: et sic est prohibitio: aut affirmatiue: et sic est pmissio. Si respectu boni: aut presentis: et sic est operatio: aut futuri: et sic est pceptum et consilium. Sed pceptum respectu boni necessarij ad salutem. Consilium respectu boni supererogatiōis: quod nō facit ad necessitatem: sed ad congruitatē et utilitatem. Secūdo sumitur ex parte volentis: et sic quod est signū diuine voluntatis: aut significat illud quod deus vult facere per seipsum: aut per alium. Si per seipm aut directe: tanq̄ ipse agens: et sic est operatio: aut indirecte et interpretatiue: et sic est pmissio. Et dicitur pmissio signū voluntatis in quātum ille qui permittit aliquid fieri cum possit impedire videt̄ interpretatiue illud velle. Si vero sit signum eius quod vult facere per aliū hoc est vel respectu boni faciendi. et hoc ē vel necessarij ad salutem: et sic est pceptum. Vel supererogatiōis: et sic est consilium. Vel est respectu mali vitandi et sic est prohibitio. Tertio sumit̄ ex parte diuine voluntatis: et sic ut prius dictū est duplex est voluntas in deo. antecedens et cōsequens. Quaedam ergo sunt signa voluntatis antecedētis et quedā cō-

sequentis. Signa ergo voluntatis antecedētis. Vel sunt respectu boni faciendi. et hoc vel respectu boni necessarij ad salutem: et sic est pceptum: vel boni vtillis et supererogatiōis: et sic est cōsiliū. Vel sunt respectu mali nō faciendi: et sic est prohibitio. Signū aut voluntatis cōsequentis est: aut respectu boni quod fit: et sic est operatio. Vel respectu mali: et sic est pmissio.

**¶** Differentia inter bonū et malum: quod aliquod bonū est quod licite potest dimitti vt nō fiat: sed nullum malū licite potest cōmitti vt fiat. Capitulum. CXLIII.

**T**unc quarto vidēdū est cum ex parte signorum respectu boni ponantur duo signa: scilicet pceptū et consilium: quare respectu mali similiter non sunt duo signa: cū nō posui nisi vnum: scilicet prohibitionē. Et dicendum est quod hec est causa quā in bonis est hec differentia. Quia quedā sunt que licite non possunt dimitti: sicut pcepta que obligāt ad suā impletionem. Alia sunt que licite possunt dimitti: cū nō obligent: quia non sunt necessaria: licet sint vtalia adimplenti: et talia sunt bona quod cadūt soluz sub pcepto. Et ideo aliter debuerūt hoīes induci ad bona quod licite dimitti non possunt quod per compulsionem et pceptum. Et aliter ad ista bona que possunt licite dimitti: quia per persuasionem et consilium. Et hec est causa quare sunt duo signa ex parte boni. Nullū autem malū est quod licite possit fieri. Et ideo omne malum cadit sub prohibitione. licet aliqua mala sint magis prohibita quā alia et sub maiori pena. Et ideo ex parte mali signū ponit̄ vnicū. scilicet prohibitio. Ex quo patet quod voluntas bñplaciti in deo est semp vnicā et simplex: sed voluntas signi est quintuplex: scilicet ista quod signa pdicta in hoc vsu continentur. Precipit et phibet permittit consulit implet. Illius sententia patet ex dictis.



## Tractatus II

**Q**uod volūtas tam in deo q̄ in alijs significat aliq̄n potētiā: aliq̄n obiectū: aliq̄n actum. Caplm. CXLIII.

**Q**uinto sciendum q̄ nomine voluntatis multipliciter vtimur tā in diuinis q̄ in humanis. Aliquādo enī in diuis significat ip̄am potētiā: volitiuā: qua vult deus q̄cquid vult que in deo nō differt realiter ab essentia: et sic accipit̄ voluntas: cū dicunt doctores. **Q**uod in deo est voluntas et intētio: et q̄ est agēs per intellectū et voluntatē. Aliquādo autē significat actum voluntatis et nō potētiā: et sic accipitur in ps̄. In voluntate tua deduxisti me id est sicut voluisti. Aliquādo significat rem volitā: et sic accipitur in ps̄. In capite libri scriptū est de me vt facerem voluntatē tuā deus. i. rem a te volitam. Quod autē dictum est de voluntate in diuinis. etiā dicendū est in humanis: q̄a nomine voluntatis aliquādo nominamus potētiā: vt cum dicim⁹ q̄ intellectus et voluntas sunt due potētie anime realiter distincte. Aliquādo nominam⁹ actū voluntatis: vt cū dicim⁹. Rex habet bonā voluntatem ad regnū id est diligit regnū. Diligere autē actus voluntatis est. Aliquādo etiā nominamus rem volitā nomine voluntatis: vt cum dicim⁹. Voluntas regis est vt latro suspendat̄: ibi enī non accipitur pro potētiā voluntatis nec etiā pro actu voluntatis eius: q̄a suspensio latronis nō est potētiā volitiua regis nec actus elicitus a potētiā: sed sumit̄ pro re volita: q̄ suspensio latronis est res volita a rege. Sic ergo patet q̄ volūtas multipliciter dicitur. tam in diuinis q̄ in humanis: q̄a aliquando sumit̄ pro potētiā: aliquando pro actu: aliquando pro obiecto. In diuinis autē realiter est vna volūtas: sed fm̄ diuersas cōsideratiōes ex parte obiectōrū sumit̄ ibi diuersitas voluntatum. Quod optime ostēdit ps̄. dicens. Magna opera dñi: exquisita in omnes volūtates eius. Voluntas dñi

## De tertia specie q̄litateis Fo. XCVII

ponens omnes diuersas esse respectu operū. In homine autē proprie vtendo nomine volūtatē: est etiā vnica sc̄ intellectiua. Aliquando autē large per extensionem nominis appetitum sensitium vocamus voluntatē. Et fm̄ hoc larga acceptione in homine esset duplex voluntas: sicut realiter est duplex appetitus realiter distinctus: scilicet sensitius et intellectiuis. De istis autē voluntatibus in deo agitur. i. sententiarū di. xxxvi. et di. xxxvii.

De noībus rerū p̄tinentiū ad tertiā speciē qualitatis et primo quibus p̄uenit et de quibus dicitur passio et passibilis qualitas. Capitulum. CXLVI

**H**inc dicendū est de tertia specie qualitatis. Circa quā cōsiderāda sunt duo in ḡne. Primum est de passione et passibili q̄litate natura et generalia vtriusq̄. Scdm̄ est de passionibus anime in speciali. Quid importetur noīe naturalis potētie: et quō se h̄nt ad inuicem.

Tantum ad primū videnda sunt quinq̄. Primo quō noīat̄ et quib⁹ p̄ueniat hec tertia species q̄litateis. Noīatur autē passio et passibilis q̄litas: vt patet in li. p̄ntoy. Cōuenit autē hoc nomē tā illis q̄litateib⁹ q̄ passionē sūt iherētes. sic calor et frigus inferūt quādā passionē sē sui tact⁹: et dulcedo et amaritudo sē sui gust⁹: siue sint illate et inate ab aliqb⁹ alijs: sicut albedo et nigredo que inuascunt̄ a p̄pria p̄plexiōe et p̄ncipijs subiecti.

Quō dñt̄ hec duo passio et passibilis q̄litas. CXLVII

**S**cūdo videndū est quomō differūt passio et passibilis qualitas. Et sciendū q̄ quib⁹ h̄mōi accidentia causant̄ a causa et principio cito transeunte et facilius mobili: tunc dicunt̄ passiones siue sint a causa intrīseca siue extrīseca: vt iste qui efficitur rubicundus a verecūdia vel a calore: et iste q̄

n



## Tractatus II

efficit pallidus ab aliq̄ egritudine leui vel a timore. Quā autē causantē a principio permanēte. et diuturno vel firmato et nō facili mobili dicuntur passibiles qualitates. ut q̄ factus ē pallidus vel rubicundus a principio naturali: sic a cōplexione: vel ab aliqua alia causa extrinseca permanēte. ut pallidus factus a longa egritudine: Et idem est de passionibus vel qualitatibus anime. Si enim aliquis ex causa firma irascatur. sicut si ex propria cōplexiōe hoc habeat. talis ira passibilis qualitas dicitur et vocatur iracundus. Idem esset a causa extrinseca. ut si ex longa infirmitate hoc accidit. Si autē ex leui causa irascatur talis ira dicitur passio: et ipse iratus dicitur et nō iracundus.

**¶** Quot sunt modi passionum et passibilium qualitatum.

Ratio videndum est quot sunt modi passionum et passibilium qualitatum. Et dicendum quod duo. Quia quedam sunt passiones et passibiles qualitates corporis et corporales. sicut patet in exemplis positivis ut albedo et huiusmodi. Quedam autem sunt anime non absolute et secundum omnem potentiam sed solum secundum appetitum sensitivum proprie ut ira et huiusmodi.

Quot modis dicitur passio naturalis et animalis: et quotiens unaqueque dicitur. Ca. CXLVIII

¶ Quarto videndum est quot modis dicitur passio vel pati. Ubi sciendum quod passionum alia naturalis alia animalis. Passio autem naturalis seu corporalis dicitur tripliciter. Uno modo. quecumque alteratio per quam aliquid in subiecto recipitur qualecumque sit illud: et hec est acceptio valde larga et sic dicitur luna pati cum recipit a sole lumen. Secundo modo dicitur passio alteratio per quam a subiecto aliquid abicit: et aliquid recipit qualecumque sit illud. et hec est magis stricta et propria acceptio quam prima. Et hoc modo dicitur pati quod sic alteratur quod egritudo abicit: et sanitas introducit. Tertio modo dicitur passio alteratio per quam abicit

## De tertia specie qualitatis Fo. XCVIII

forma veniens: et introducit forma inconueniens. et hec est propriissima acceptio passionis. Et sic non dicitur pati a quo abicit egritudo et introducit sanitas. sed solum iste a quo abicit sanitas et introducit egritudo: quia sanitas est forma conueniens: et egritudo disconueniens. Alia est passio animalis: et hec nihil aliud est quam motus anime secundum appetitum confurgens ex apprehensione corporalis et naturalis passionis. Et sicut inter passiones corporales et naturales illa alteratio magis proprie dicitur passio secundum quod forma disconueniens introducit et conueniens abicit. Ita quis tribus modis possit dici passio ex parte animalis passionis: sicut ex parte naturalis et corporalis: tamen inter passiones anime: illa dicitur magis proprie passio que est motus appetitus sensitivi: secundum apprehensionem naturalis passionis disconuenientis: quam sequens apprehensionem naturalis passionis conuenientis. Et ideo magis proprie dicitur pati quod tristatur vel dolet: quam qui delectatur vel gaudet. Et isto modo ponuntur passiones in appetitu sensitivo. Ex larga autem acceptiōe passionis: tamen passioni naturali quam animalis: secundum quod sola receptio alicuius dicitur passio translata est nomen passionis ad potentias alias anime apprehensivas. unde sic videre quoddam pati est et intelligere et velle: ut patet in de anima. Ex hoc etiam perceptus anime passionis dicitur: ut patet in periarum. Quia voces sunt signa passionum que sunt in anima: et etiam proprietates substantiales proprie passiones dicitur: ut esse risibile est passio hominis. Et hec non proprie pertinent ad tertiam speciem qualitatis. Quantum autem ad passiones seu naturales seu corporales et animales sciendum quod passio uno modo dicitur effectum illationem actionis. et sic est speciale predicamentum: quod dicitur predicamentum passionis. Alio modo idem est quod quedam dispositio causata ab aliquo accidente vel ab aliqua causa facilius transeunte et facilius mobili: et sic est qualitas imperfecta: et sic pertinet ad hanc tertiam speciem qualitatis.

## Tractatus II

Quomodo qualitates elementares sunt diuersimode in diuersis speciebus qualitatatis. Cap. CXLIX

**Q**uantum autem ad qualitates elementares actiuas et passiuas quod pertineant ad hanc speciem. Sciendum est secundum communiorē opinionē: quod iste qualitates possunt considerari tripliciter. Uno modo secundum quod ordinantur ad actionem vel ad se inuicem vel ad potentias sensitiuas immutandas: et hoc absolute et sic dicitur esse ab aliquibus in tertia specie qualitatatis. Secundo prout ordinantur ad agendum et patiendum non absolute: sed bene vel male. Et sic sunt in prima specie. Tertio putantur a principibus substantialibus elementorum. et sic sunt in secunda specie qualitatatis. Nec hoc est inconueniens unam et eandem rem diuersimode consideratam ad diuersa genera et ad diuersas species eiusdem generis pertinere. sicut subsequenter patebit. Qualitates autem elementares sunt: caliditas: humiditas: siccitas et frigiditas.

De passionibus anime: et primo unde sumitur distinctio earum et quid tale agens facit passio. Cap. CL

**Q**uia uero sepius apud theologos et philosophos de passionibus anime que animales dicuntur: et sunt in appetitu sensitivo: sermo non modicum grauis occurrit. Idcirco hic numerum distinctionem et sufficientiam ipsorum pono. Deinde quorundam nominum que accidentalē in eis faciunt differentiam. secundo ponenda et inserenda iudicavi. Primo autem omnem pono rationem siue fundamentum unde potest earum sumi distinctio. Ubi intelligendum quod passiones de quibus hic loquimur differunt secundum ea que sunt obiecta et causatiua talium passionum ipsius anime. Horum autem obiectorum que causant tales passiones differentia dupliciter sumi potest. Uno modo secundum naturam et substantiam ipsorum actiuorum: sicut ignis differt substantialiter ab aqua: quorum quodlibet est

## De tertia specie qualitatis Fo. XCIX

actiuum. Alio modo secundum diuersam virtutem actiuam: sicut alia virtute agit ignis: alia aqua. Diuersitas autem actiuum vel motui quantum ad virtutem mouendi accipi potest in passionibus anime secundum similitudinem agentium naturalium. Omne autem agens vel mouens aliquid horum duorum facit: quia trahit quodammodo ad se passum vel repellit a se. Si trahit ad se facit tria. Primum agens primo dat inclinationem vel aptitudinem passio ut tendat in ipsum sicut corpus leue quod est sursum dat leuitatem alicui corpori generato inferius in quod agit: per quam habet inclinationem et aptitudinem ut tendat sursum. Secunda dat ei non solum aptitudinem et inclinationem: imo etiam actum: ut si corpus est extra locum inferius. dat ei motum sursum ut moueat sursum vel superius. Tertio dat ei quiescere et stare in loco cum peruenerit. ex eadem enim causa mouetur ad locum aliquid et quiescit: licet moueatur propter rem non habitam. Quia autem dictum est de agente naturali dum passum ad se trahit intelligendum est eodem modo per omnia dum passum a se repellit. His suppositis ex his patebit distinctio passionum utriusque concupiscibilis primo. deinde irascibilis secundo. et tertio includet distinctio passionum utriusque. Appetitus enim sensitivus in quo sunt passiones de quibus est sermo: distinguitur in concupiscibilem et irascibilem: ut prius dictum est cum potentialium anime distinctio poneretur. Quarto ostendetur quod diuersificantur nomina passionum secundum differentias accidentales. Quinto dicetur in speciali de quatuor nominibus istarum passionum que singulariter habent difficultatem. Sexto ponetur triplex conclusio quarum quelibet utilis est ad hanc materiam que sequitur aliquo modo ad dicta de istis passionibus

Distinctio passionum que sunt in concupiscibili CLI

**Q**uantum igitur ad passiones concupiscibiles sciendum est quod bonum et malum apprehenduntur ab estimatiua naturali quam apprehensionem sequitur appetitus qui mouetur ab

n in



## Tractatus II

eis apprehēsis. Bonū autē apprehēsum habet virtutē qua si attractiuā. Malū autē repulsiuā. Bonū ergo apprehēsum mouēs cōcupiscibilē. causat in ea quandā inclinationē et aptitudinē seu generalitatē ad bonū. Et ab ista causatōe accipit vna passio appetit<sup>9</sup>. q̄tum ad cōcupiscibilē que dicitur amor. cui per cōtrariū malū apprehēsum per repulsionē causat passionē aliā oppositā in eadē concupiscibili quā dicitur odiū. Quomā autē bonū apprehēsum nō semp est presens: vel habitū. Idcirco si nōdū sit habitū: sed est absens vel futurū. dat eidē cōcupiscibili quā mouet: non solū aptitudinē sed motū ad assequēdū bonū amatū. et ab hoc sumit in concupiscibili vna passio que vocat desiderū. Ex quo patet differentia beati Augu. inter amorē et desiderū. qz amor est rei habite desiderū rei habēde. Ex opposito autē ex parte mali apprehēsi eodē mō sequit alia passio que dicit fuga. Tertio cū ipsum bonū apprehēsum per motū fuerit acquisitū dat ipsum bonū ipsi appetitui quietationē quandā in ipso bono adepto. et ab hoc ipsa passio accipit in concupiscibili que vocat gaudiū. Eui ex opposito ex parte mali apprehēsi respōdet tristitia que opponit gaudio. Et hee passionēs sumuntur et inueniuntur in concupiscibili.

Distinctio passionum anime que sunt in irascibili.

Capitulum.

CLII

Quantū ad secūdū sciendū q̄ in passionibus irascibilis p̄supponit quedā aptitudo vel inclinatio ad prosequēdū bonū. vel fugiendū malū. ex cōcupiscibili que absolute respicit bonū vel malū. sed irascibilis respicit bonū vel malū arduum et difficile. alioquin nō ptineret ad irascibilē Si ergo bonū apprehēsum arduū mouet irascibilē que nō potest esse nisi nondū adeptū: qz si tale bonū iam esset

## De tertia specie qualitatis

So.C

adeptum non haberet rationē ardui et difficilis. et sic non pertineret ad irascibilē. ergo oportet q̄ bonū apprehēsum mouēs irascibilē sit arduū nō adeptū. Si ergo bonū tale moueat vt possibile estimant haberi. causat passionē que dicit spes. Si autē moueat vt impossibile estimat haberi causat passionē que dicit desperatio. Et opposito autē in malo apprehēso qd est arduū etiā non iminet de presenti sicut sunt pericula futura grādia mouet irascibilis et causat qdā passio. si nō estimat euasibile que dicit timor. Si autē estimat superabile seu euasibile causat passio que dicit audacia. respectu autē boni adepti in irascibili nō est aliqua passio. qz ex quo est adeptū perdit rationē ardui. et sic nō ptinet ad irascibilē vt dictum est. Sed malū iam actu existēs pōt habere rōnē ardui ad sustinēdū et repellendū. Et ideo causat in irascibili passionē que dicit ira. Ire autē que est ex malo in actu adiacente: non respōdet aliqua opposita passio ex bono propter predicta: qz scz bonum apprehēsum imminēs non habet rationē difficilis quia adeptum. Et ideo solum causat passionē in concupiscibili et non in irascibili.

Numerus omnium passionum anime et sunt. xi. La. CLII

Tertio concludo numerū passionum partis sensitivae. quia ex predictis patet q̄ in concupiscibili sunt tres cōiugationes passionum oppositarū respectu boni et mali. scilicet amor et odium. desiderū et fuga. gaudiū et tristitia. Et sic sunt sex in cōcupiscibili. In irascibili autē sunt due cōiugationes. scilicet spes et desperatio. quorum vtrūqz est respectu boni futuri. Timor et audacia. quorum vtrūqz respectu mali futuri est. Unica autem passio est sine cōiugatione respectu mali presentis et dicit ira. Et sic sunt solum quinque in irascibili. Et per consequens omnes in

ii iii



## Tractatus II

uniuerso sunt undecim. Et sic passiones et virtutes morales sibi in vnderario numero correspondēt. Est autē notandū q̄ sicut diuisio virtutū superius posita: nō est diuisio in species specialissimas. sed in species subalternas. Sic diuisio istarum passionū non est in species specialissimas: sed in species subalternas. cōtinet eīm aliquas sub se vt magis infra patebit.

Quō diuersificant noīa passionū fm differētiās accidentales ex qb̄ diuersa noīa passiōib̄ pueniūt. La. CLIII

Clarto dicendū est quō noīa passionum diuersificant fm differētiās accidentales. ex quib̄ accidentib̄ diuersa noīa eis cōueniunt. Accidentia autē passionū dupliciter possunt accipi. Vel q̄ eis accidūt in se. vt q̄ sit passio intensa vel remissa. Vel q̄ eis accidūt ex obiecto. q̄ scz accidūt bono et malo apparēti. qz obiecti passionū p se est bonū vel malū apparēs. Si ergo accipiam̄ differētiā accidentālē q̄ respicit ipsam passionē in se sic est esse intēsuz. sic accipiūt diuersitas nominū in istis passiōib̄ q̄tū ad passiones cōcupiscibiles. qz respectu desiderij ponit̄ cōcupiscētia q̄ nihil aliud est q̄ desiderij multū intēsuz. Respectu autē timoris ponit̄ zelus. q̄ nihil aliud est q̄ amor adeo intēsuz vt nō patiat̄ cōfortiū in amato. Respectu autē odij abominatio. q̄ nihil aliud est q̄ odiū intēsuz. Respectu autē gaudij ponunt̄ tria: qz qm̄ gaudiū est adeo intēsuz vt in signo exteriori quocūqz generaliter prorūpat. dicit̄ exultatio. q̄ si extra saltatio. Iubilantia autē dicit̄ q̄tū ad signa q̄ ex intēsō gaudio apparēt ī facie. Jocūditas autē q̄tū ad signa q̄ ostēdūt in alijs mēbris. et alijs actib̄. Et hec tria sūt respectu effect̄ extrinseci. Aliud autē potest accipi respectu effect̄ intrinseci qui sequit̄ ex intensione gaudij. et est cordis dilatatio. et respectu huius effect̄ ponit̄ nomē leticie

## De tertia specie qualitatis Fo. CI

Unde letitia quasi latitia dicitur. id est dilatio. Respectu autē tristicie que est multū intensa intātū vt immobili-ter ad operandū actionē que retardet. ponitur accidia. Unde Damascē. dicit qz accidia est tristicia aggrauās et immobilitās intātū. vt vocē auferat: qz phibet locutionē Respectu autē passionis que est fuga nō sic habem̄ nomē impositū qd̄ accidentālē differētiā faciat nisi forte ponere mus abominationē respectu fuge intense. sicut respectu odij intēsū. Quātū autē ad passiones irascibiles. respectu spei ponit̄ presumptio. que nihil aliud est q̄ species multū intēsā. Audacia autē dicit intēsionē et excessum pfidētie in aggrediēdo terribilia. Furor autē dicit intēsionē ire. Unde furor nihil aliud est q̄ ira multū intēsā. Respectu autē timoris et desperationis non habem̄ noīa importātia accidentālē differētiā ex parte intensiōis actus. Respectu autē passionis q̄tū ad remissionē actus nō habem̄ nomē accidentales differētiās importātia. Sed si accipiamus accidentālē differētiā ex parte obiecti cū obiectū sit passionū vt dictū est. bonū et malū apparēs ea que ista accidentāliter respiciūt. faciūt etiam accidentālē differētiā in passiōib̄ respectu obiecti. vt patet manifeste in duob̄ scz in tristicia et in timore. Quātū ad tristiciā quidā ipsa est mala: qz tristi malū apparet. Quod autē est malū apparēs tristi accidit qz potest esse alteri malū vel bonū. Si ergo tristicia sit de malo qd̄ nō solū apparet malū ipsi tristi. sed etiā est malū alteri. sicut paupertas apparet malū alicui diuiti et est malū alteri scz pauperi. sic respectu tristicie talis: ponitur hoc nomen misericordia que est circa malum apparens alicui. et alteri inexistentis ex quo apprehendenti apparet esse malū. Si autē sit bonū alteri. et per hoc apprehēditur vt malū propriū. sic est inuidia que est tristicia de prosperitate bonoz alterius. vel nemesis que est tristicia de prosperitate maloz. vt patet. ij. ethicorū.



## Tractatus II

Quantū autē ad timorē est distinctio. qz de malo difficili qd̄ superat facultatē timentis accidit aliquid dupliciter. Uno modo ex parte ipsius mali qd̄ timef. Alio modo ex parte ipsius timētis malū. Ex parte autē ipsius mali accidit turpitudō. et hoc vel in se. et sic ponitur verecūdia: que est de turpi actu: vel in opinione. et sic est erubescētia que est timor de cōuicio fm̄ Damasce. vel verecūdia pertinet ad turpitudinē culpe. erubescētia autē ad turpitudinē pe- ne. Ex parte autē timētis sumūf differētie accidētales timoris hoc modo: qz terribile excedit facultatē timentis. Vel in agendo vel in agnoscēdo. Si in agēdo sic est segnitas. vel ignominia que est timor future operationis fm̄ Damasce. Vel in cognoscēdo. et hoc est tripliciter scz. Vel propter cognoscibilis altitudinē. et sic est admiratio que est timor ex magna imaginatiōe. Vel propter eius incon- suetudinē. et sic est stupor qui est timor ex inasuetata imagi- natione. Vel ppter incertitudinē. et sic est agonia que est timor infortunij. et hoc idem dicit̄ trepidatio et dubitatio. Et sic patet differentia. istorū nominū accidētaliter se ha- bentium ad nomina passionū.

De nominibus ipsarum potentiarum. La. CLV

Quantū ad quintū videlicet de nomi- nibus istarum aliquarū passionū: quia talia habent difficultatē specialē in suo significa- to. aut ratione sui. aut ratione vicinitatis ad alia vocabula. Ideo de illis breuiter aliquid dicendū est: qz per hoc aliquę difficultates in alijs facilliter patefient. sunt autē quatuor. Due ex parte cōcupiscibilis. scz gaudiū et tristitia. Ex parte irascibilis alie due. scz timor et ira. Primo ergo dicendū est de pertinentib⁹ ad cōcupiscibi- lem. et primo de tristitia. Quia vero tristitia ambiguita- tem facit. et ratiōe sui et ratiōe vicinitatis ad alia. Quia

## De tertia specie qualitatis Fo. CII

tristitia quidem dolor esse videtur. primo videndum est quid de se importat tristitia. Secundo quid importat do- lor. Tertio quomodo se habent ad iniuicem.

Quid sit tristitia: et quid importetur nomine tristi- cie. Capitulū. CLVI

Quantū ad primū videlicet quid im- portat tristitia. Dicendum qz tristitia proprie importat motū appetitus sensitui causatur ex apprehēsiōe alicuius nociui fm̄ sensum.

Et quia ea que dicuntur de appetitu sensituo q̄tū ad ali- quid dicuntur et transferunt ad appetitū intellectiū. inde est qz etiā aliquādo dicit actum appetitus intellectui se- quentē apprehēsiōnē intellectiū que proprie dicit̄ dis- splicētia. Primo mō est passio. nō autē secūdo mō. Et huic tristicie fm̄ sensum opponit̄ gaudiū fm̄ sensum. et tristi- cie fm̄ intellectū opponit̄ gaudiū fm̄ intellectū.

Quid importetur nomie doloris. quid significat. quib⁹ bus et qualiter cōueniat. Capitulū. CLVII

Quantū ad secūdū de dolore sciētiū.

qz dolor quātum ad sensum proprie impor- tat perceptionē lesionis que est fm̄ sensum tactus. cui opponitur delectatio fm̄ eundem sensum. Unde sicut delectatio sensibilis causatur ex con- iunctione cōuenientis fm̄ sensum. ita dolor sensibilis ei oppositus causatur ex coniunctione eius quod non est cōueniens sensui. Sed inter alios sensus. sensus tactus est distinctiuus eorum ex quibus consistit temperamētū corporis. Unde illud quod est cōueniens fm̄ tactū est cō- ueniens ipsi tēperamēto corporis. Et ppter hoc cōpleta de- lectatio est in sola perceptiōe tactus. Et similiter illud qd̄ est incōueniēs tactui est p̄trariū temperamēto corporis. Et





## Tractatus II

ideo dicitur. de aia q corrumpentia tactu corrumpunt alia: no aut corrupentia auditu nisi sil ptingat ex accidenti r tactu corrumpti. Et ideo in solo tactu est dolor r accidit siue causat ex lesione temperamenti ipsius corporis. Quia aut ea que sunt sensus exterioris exceduntur r deinde trasumunt vt dicantur de his q peritnet ad sensus interiores. Visionem quippe extendimus ad actus imaginariue. Ea etia que sut sensitiue partis extendimus ad partem intellectiuam. Idcirco doloris nome ad actus appetitus sensitiui transferimus: et qd pprie est tristitia doloris noianus: et similiter ad actum appetitus intellectiui. Et qd pprie est disciplina. dolorem large appellamus. Et qd dictu est de dolore per omnia intelligendu est de delectatione sibi opposita: qz in sensu vocatur sensibilis delectatio in appetitu sensitiuo vocatur gaudiu: in intellectiuo appetitu vocat delectatio intellectualis: vel ab aliquibus fruitio.

Quo se hnt ad inuice dolor et tristitia **CLVIII**

**T**ertio videndu est quo differunt realiter: et quo se hnt ad inuice fm pprias acceptiones tristitiaz dolor. Ad qd dicendu q in dolore et tristitia duo inueniuntur. Primus est contrarietas contristantis r doloris inferentis ad ipm tristatū r ad ipm dolentē. Scdm est perceptio illius contrarietatis. Et fm hec duo dolor r tristitia tripliciter differunt. Primo qrtum ad contrarietate: qz hec in dolore attenditur qrtum ad naturā dolentis q per lesiuuz corrumpitur. sed in tristitia attendit qrtu ad repugnatiā appetitus ad aliqd qd quis odit. Scdo qrtu ad pceptione: qz perceptio doloris semp est fm sensum tactus: in tristitia aut est perceptio fm sensum interiore. Tertio qrtu ad ordine: qz dolor incipit a lesione: et terminatur ad pceptione sensus tactus. ibi enim completur ratio doloris. Sed ratio

## De tertia specie qlitatis **So. CIII**

tristitie incipit ab apprehensione estimatiue naturalis: et terminatur in affectioe vel appetitu. Ex quo patet q proprie loquendo dolor est passio corporalis: sed tristitia est passio aialis. Sed fm extensionē noim tristitia dolor dicitur et tam tristitia q dolor q respiciunt sensum extendunt ad disciplinā que est in appetitu intellectiuo.

Quo se hnt ad inuice delectatio et gaudiu et quomodo differunt **Capitulum. CLIX**

**Q**ue autē dicta sunt de dolore et tristitia eodem modo respectu multiplicis acceptiois. per oia dici pnt de delectatione et gaudio. Unde r delectatio respicit pprie sensum tactus: gaudiu appetitu. Sed delectatio extendit ad appetitum sensitiuuz et vtrūq ad appetitu intellectiuū. Eodem etia modo qrtu ad pprias rones differunt ab inuicem sicut dolor et tristitia. Dolor aut opponitur delectationi in illo modo in quo accipit dolor r silr tristitie opponitur gaudium in illo modo in quo accipit tristitia.

Quot modis dicitur ira et quibus modis deor hominibus et beatis conueniat. **Capitulum. CLX**

**S**ecundo dicendum est de passionibus pertinentibus ad irascibilem. Et primo de ira que habet difficultatē respectu multiplicis acceptiois. Dicitur em ira tripliciter. Quandoq em ira ponitur p habitu vel actu cuiusdam vicij quod opponitur mansuetudini fm superfluitatē ire et vocatur irascibilitas vt dicitur. iij. ethicoz. Et sic non est ira in deo nec fuit in xpo nec est in sanctis r virtuosis. Secundo modo ira dicitur voluntas vindicandi vel puniendi aliquid male factu. Et sic non est passio pprie loquendo nec est in irascibili sed est in voluntate superiori: et sic ira est in deo et fuit in xpo et est in sanctis r iustis. r sic ac

## Tractatus II

